et stercore dicit hic quia nostris intelligibilis venit figura gerit. Sic
in sacrificiis aliorum holocaustorum ordinem, ex ea nostrum habuisse
naturam eum qui pro nobis passus est, minime ignoremus, quod quidam
hereticorum negant. Fimus autem peccata generis humani significat, que cum
assumens in se suscepit. Hec enim fimus dominum non similiter dicitur. Fimus
quippe cum sit in mundus gentem non polluit. Neque natura nostra
quidem sit in nobis, sicut et peccata nostra que portavit dominus et alie-
na fuerunt ab eo et eum nullatenus polluerunt. Remansit non sine peccato
totum ergo vitulum id est totum Christum extra castra in loco mundissimo
ubi effundi cineres solent cremari legislator iubet. Aptissime sacri-
ficii Christi locum significare studuit. Extra castra enim passus est
quod testatur paulus dicens. Ideo et Ihesus ut sanctificaret plebem Ebre. xiii
extra portam passus est. Mundus autem est mundus cineris locus gol-
gotha videlicet et in tantum mundus ut mundum totum ipse munda-
ret. Cineris autem recte locus est dictus quia in ipso extincta sunt
peccata humani generis unde et mundus locus appellatur. Incendentque
ea super lignorum struem, ligna autem iugiter scripture sacras diximus
equitiles aut in dominico tempore passionis gesta sunt adimplenda ea
que prophete dixerunt sunt gesta, quod manifestat dominus quando Math. xxvi
a Iudeis comprehensus est dicitur. Tamquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus comprehendere me, quotidie in tem-
plo sedebam docens et non me tenuistis. Hoc autem factum est ut
complerentur scripture prophetarum. Et rursus Ihesus, autem videns quod Johannis xix
omnia consummata erant ut impleretur scriptura, dixit, sitio. Sed cur
per singula figuram divine passionis appareat, tamen planius legis-
lator mediatur hoc in sequentibus figuravit inserit. Quod si omnis
turba Israel ignoraverit et per imperitiam fecerit quod contra mandatum
domini est, et postea intellexerit peccatum suum, offeret vitulum pro peccato
adducetque eum ad ostium tabernaculi et ponent seniores populi manus
super caput eius coram domino. Immolatoque vitulo in conspectu
domini, inferet sacerdos qui unctus est de sanguine eius in tabernaculum
testimonii tincto digito aspergens septies contra velum, po-
netque de eodem sanguine in cornibus altaris quod est coram domino
in tabernaculo testimonii, reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim
altaris holocaustorum quod est in ostio tabernaculi testimonii.
Omnemque eius adipem tollet et adolebit super altare, sic faciet
faciet et de hoc vitulo, quomodo fecit et prius et rogante
pro eis sacerdote propitius erit dominus. Ipsum autem vitulum efferet

extra castra atque comburat sicut et priorem vitulum / quia peccatum est multitu-
dinis / Nichil in his legislator commutavit quod esse possit extra predictum
sacrificium quod est principis sacerdotum / Idem enim auctores istius et a sacerdote
offerri precepit. Vitulum enim et hic dixit similiter et eius sanguine in
testimonium offerri iubet / Vitulum autem extra castra mandat atque
aptissime in his que dicta sunt ostenditur / quia eadem causa plebis
et sacerdotis est peccati / nam ideo ob causam eandem sacrificium pro eis offerret
Quod autem de sacrificio immutatum est hoc magis ad similitudinem pertinet
quod unum sit sacrificium. Nam in sacerdote non dixit si cognoverit peccatum
licet non ignoratus erat dominus peccatum quod in sinagoga intervenatum est / Ver-
ba autem hec de synagoga sive de plebe attende quid ait / Quod si omnis
turba Israel ignoraverit et per imprudentiam fecerit quod contra mandatum
domini est et postea intellexerit peccatum suum / Ergo ab initio quidem suum pe-
ccatum ignoraverunt sed postea cognoverunt. et hoc ostendunt ipsa verba
Iohannis xv domini dicit enim / Nisi venissem et locutus eis fuissem peccatum non ha-
berent, ut ignorantes utique / Nunc autem excusationem non habent de peccato
suo utpote per eius doctrinam discentes quod nesciebant prius. Quando
ergo suum peccatum cognoverunt tunc ad sacrificium vingenti venisse sunt. Deinde
in sacrificio sacerdotis ipsum dixerunt manus imposuisse in agni super caput
vituli, Hic autem seniores hoc facere dixit / Utrumque enim re vera
in Christi sacrificio agebatur. id est quia et imminebat ad consummandum
illud seniores populi et scribe et Caiphas princeps sacerdotum, dicebat
Iohannis xi enim / Expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo et non tota gens
pereat / Et quia nullo modo expleri potuisset si non semetipsum ad
passionem dominus tradidisset / Attamen ut ipse dicit Petro, mitte gla-
Math. xxvi dium tuum in vaginam / Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum
festinabat in dispensare vero peccatorum remissionem quod necessarium in
his que sunt de vituli synagoge sacrificio est completum / Dic-
tum / Sic faciet de hoc ~~[struck]~~ quomodo fecit et prius / et rogante vitulo
Math xxvi pro eis sacerdote propitius erit dominus / Christus enim factus est nobis propitiator
Roma. iii in sanguine suo. sicut a beato paulo romanis scriptum est / per quem initiati
peccata remissa sunt quibus ipsi quoque remissionem meruerunt qui in eo
luce xxiii peccaverunt / Decipis quippe dixerat / Pater ignosce illis / nesciunt enim
quid faciunt / Sed quid ad finem sacrificii legislator dixit / Sufficit non
vitulum efferet extra castra atque comburet sicut et priorem vi-
tulum / quia peccatum est multitudinis / Vides quomodo nichil mutavit
in secundo sacrificio extra hoc quod in primo est preceptum / et quamobrem quia
pro peccato est inquit multitudinis / Ergo hoc manifestum est et indubi-
tabile quia idem peccatum plebis et sacerdotis intellexit et
inveniuntur sacrificium ordinavit ne ipsis quidem ubi dividens quod / Et peccata idem
non facerent nisi figure fuissent. ea que tunc agebant / Si peccaverit
et fecerit princeps unum ex pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur
et postea intellexerit peccatum suum / offeret hostiam de capris hircum de ca-
pris immaculatum / Ponetque manum suam super caput eius / Cumque
immolaverit eum in locum ubi solet mactari holocaustum coram
domino / quia pro peccato est / tinguet sacerdos digitum in sanguine hostie pro
peccato tangens cornua altaris holocausti / et reliquum fundens

ad basim eius. Adipem vero adolebit supra, sicut in victimis paci-
ficorum fieri solet. Rogabitque pro eo et pro peccato eius ac dimittetur ei. Quod
si peccaverit anima per ignoranciam de populo terre ut faciat quidquam
ex hiis que domini lege prohibentur atque delinquat et cognoverit peccatum
suum offeret capram immaculatam, ponetque manum super caput ho-
stie que pro peccato est et immolabit eam in loco holocausti. Tolletque
sacerdos de sanguine in digito suo et tangens cornua altaris reliquum
fundet ad basim eius. Omnem autem auferens adipem sicut au-
ferri solet de victimis pacificorum adolebit super altare in odorem
suavitatis domino rogabitque pro eo et dimittetur ei.
Quemadmodum in spontaneis sacrificiis differencias in communicacionibus
et condicionibus in vite officium ordinavit. Ita rursum pro peccatis sacri-
ficia equalia esse peccatis iubet. quorum magnitudo non solum ex
racione peccati sed et ex persona peccancium penditur. et minus recte quam
et dominus apostolis dixit. Servus cognoscens voluntatem domini sui || l. luce xii
et non se preparans ut faciens secundum voluntatem eius vapulabit
multis. Qui autem non cognovit et fecit digna plagis vapulabit
paucis. Sed quid sibi vult. Cui datum est multum multum queretur
ab eo. et cui acceditur est multum multum exigitur ab eo. Nunc || Exo. xxii
intelliget quis est qui dictus est princeps quem et in libro exodi Moises
dicit. Diis non detrahes et principi populi tui ne maledixeris. Sed
et david sacerdotes et scribas et phariseos et seniores populi despi-
ciens ait. Constituunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus
dominum et adversus Christum eius. At qui soli herodes rex et pylatus
preses ad eam. sed reges et principes sicut diximus sacerdotes. et
scribas et phariseos propter scienciam et sublimitatem quam habere vi-
debantur ad interpretacionem legis appellavit. Hic ergo si peccaverit
hircum offeret. Si quis autem de populo dixit aut ydiotam sive
popularem. non eum qui forte districtus est ad meditacionem legis.
Nam et hic utique princeps nominaretur qui pro minori peccato minora pecto-
rum capram offerre precipitur quemadmodum ille hircum. hic feminam ille
marem. penitencia quippe utrique indigent. et ille quidem maiore
qui masculum offeret. minore autem qui feminam. Cum enim minus sit
genus. tamen quod minus est in femina positum est. Cum masculus caput omni
generis putatur. Quemadmodum ergo oblacio capre sacrificium pro
peccato significat. Sic hircus et capra cum sit feminini generis hircus ma-
sculum sacrificium interpretantur. Non in se hoc legislator
intendit. sed quia hircus et capra. Hoc autem lxx in greco se e-
dunt. ut chimarron et chimarram dicat offerri. quod latinum ex
eadem edicione interpretatum est. hedum ex capris masculum et ca-
pram. De hedis famellarum chimarrus autem et chimarra fe-
tus caprarum sunt chimerinum idest qui circa tempus hyemis na-
scuntur. Nam hiis per annum capris parientibus quidam fetus tempore
hyemis quidam autem estatis generantur. Cum ergo ita se habeant
per hiemem tristicia penitencie docet. In tristicia quippe luctus
et fletu filios generat. Sed tamen filii eius non sunt a sacrificio repro-
bati. Unde ut existimo hedos idest chimarros offerre peniten- || nota
tes ut pote fluctuantes precipit et ut qui dimptatibus undarum

a peccatis se erigentibus repugnantes / misericordie omnimoda salvabuntur
Si enim permaneat in penitentia / et non desistent velut in tempestate
relinquentes navis animae gubernacula liberabuntur / Si autem desperaverint quemadmodum quidam gubernatores vel naute pavidi / statim
perierunt / Nam et dominus dixit / Orate ne fiat fuga vestra in hieme
Math. xxiiii — vel sabbato / hiemem tempus penitentie dicens / Sabbatum
vero otium anime atque virtutis cessatione intelligens / Ad otium
siquidem atque animalis vacatione datum est sabbatum / sed in decore
sensus edixisse hac usa est / Grave autem est in tempore quo necessaria est penitentia et multo gravius quo vacat a bonis operibus quemadmodum tentari vel persecutione pati / Unde etiam sicut miserorum eorum qui sabbato persecutionem patitur novissimum nunc autem / Prima ergo
et hyrci vel capre sive hedi utilitatem edissentes sacrificiorum modum
didicimus / jam videamus que mixtioque agunt sacrificio / Communia enim sunt quantum pertinet finis et generalis effectus peccatorum remissio est / Nam aperte legislator posuit dicens / Quod si peccaverit anima
per ignorantiam de populo terre ut faciat quicquam ex his que domini
lege prohibentur / Non dicit quid / Nam a si in quolibet preceptorum
preuaricatus quis fuerit / in totam legem delinquit / sicut beatus
Jaco. ii — Jacobus ait / Quicumque totam legem servaverit offendit autem in
uno omnium reus constitutus / Sed et hoc quod dictum est per ignorantiam vel sicut lxx / non volens / in primis viginti peccatoribus ser
virtutis diabolice demonstrat / quod sibi ipsi ad malum vergentes super
Isai. quinto — induxerunt / Sicut Ysaias ait / Ve qui trahunt peccata ut restem
longam / et sicut funem iugi vacce iniquitatem / Quo quidam captum
et inviti trahuntur / Sed si ad sanam revertentur ventrem mentem dere
sebac sine iugo statim relaxant / Quod quomodo aut quando fit
legislator ostendit / id est quando ipse qui peccavit peccatum suum cognovit
Neque enim aliter penitentiam agere potest nisi cognoscat peccatum suum / Tunc
et perceptum hyrcum sive chimarum / Ubi autem qui de turba est offeret capram sive chimaram / immaculata autem utraque in maculatam siquidem oportet esse penitentiam / que autem eius est macula /
videlicet vel amicus sit penitens / per quem agit penitentiam oportet
enim eum perfecto a peccato cedere atque studiosissime recedere ipso
peccato / Deinde imponet manum suam super caput hostie / ipse
semetipsum peccatum manifestans et suam afferens confessionem / Ipse
hic secundum lxx / non occidet sed alius / habet enim necessariam et alterius
auxilium ad orationem ut suscipiatur eius penitentia / Unde nec omnimodo
sacerdotes occidere precepit / Ait enim / Occident eam in loco in quo
occiderunt holocaustomata / Nam autem occidant / non addidit / licet
enim in satisfactione penitentie alterius utique adiutorio quod testatur Jacobus
Jacobi ultimo — Orate dicens pro alterutrum ut salvemini / Sed multo magis iustorum
virtutem adiutorio / Ipse enim subdidit / Multum valet oratio iusti assidua / Ubi autem occident idem secundum lxx / in conspectu domini
sive ante legislator explanat / Ait enim / Nam a peccatum est peccato quippe
in conspectu domini confiteri necessarium habemus propter quod dixit
David / Peccatum meum cognitum tibi feci et iniustitias meas non
operui / Dixi pronunciabo adversum me iniustitias meas domino / et tu
remisisti nequitiam cordis mei / Propterea hic legislator statuit

; tollet et ponet sacerdos sanguinem pcti digito sup cornua altaris
in holocaustonis Quod Jeronimus simili sensu edidit dicens Tolletque
sacerdos de sanguine digito suo tangens cornua altaris ; sanguine aut
pcti appellant qui pro pcto offertur hunc principas sacerdos xpus sup
cornua altaris holocaustotis offeret indicat sup crucem scilicet Ibi
enim altare holocaustotis dni corpus est huius procul dubio cornua
crux erit Dequa abacuk dixit Cornua sunt in manibus eius l. iiij c
Offeret sup suaz crucem principas necessario sui sanguinis qui pro
pcto offertur. quia opus crucis et effectus passionis pctorum nostrorum
remissio e Quod aut dicit reliquum sanguinem fundet ad basim
eius. omnem penitencia evangelice homines predicationem . quam esse ba
sim altaris diximus Recte aut primam omnium apostolice predicationem t
buit quia omnis eius intencio hec e ut omnis homo penitens
se corrigenda salvetur Propter quod et primaz vocem illez dnus predicat
in evangelio doctrinalez Penitam agite et appropinquabit enim regnum celorum mth iiij et luce iiij
Qui et tam ad hoc se venisse dicit dicens Non veni vocare iu mth x
stos sed peccatores ad penitentiam Post hec quid faciat sacerdos Omnem aut
auferre adipem sicut auferri solet de victimis pacificorum ut penitentie
omne desiderium sursum respiciat idest celum intendat Tunc enim
perfit prima offerenti in pacificorum sacrificio reputat Sed quis sit fi
nis horum que dicta sunt addidit Rogabit pro eo sacerdos et dimittetur
ei Nos enim videri sumus pcta nob metipsis dimittere xpus
aut nobis propiciacione pstitit Unde et eius nomine sacerdotes in ecclia
ut pate eius officium sibi cunctes ordinati sunt . quibus in pso apostolorum l. Joh xx
diceret Quorum remiseritis pcta dimissa sunt et quorum retinueritis
retenta sunt Et rursus Quecumque solueritis sup terram soluta erunt in mth xviii
celo Sin aut de pecoribus obtulerit victimaz pro pcto . ovem scilicet
immaculata ponet manum sup caput eius et ymolabit eaz in loco ubi
solent holocaustorum cedi hostie Sumetque sacerdos de sanguine eius
digito suo et tangens cornua altaris holocausti reliquum fundet
ad basim eius ; omnem quoque auferens adipem . sicut auferri solet
adeps arietis qui ymolatur pro pacificis et cremabit sup altare in
incensum dni Rogabitque pro eo et pro pcto eius et dimittetur illi Remet
ipsum nunc quoque sequens legislator oblationem capre sive exhibere
qua diximus ab hiis qui sunt de populo et qui non occupant in medi
tacione legis offerri ovem quoque adiunxerit ; quia in populo et idiotis
possibile est esse aliquos etiam simplices quibus conveniat omnis
sacrificium quod tam in holocaustotis quam sacrificiis hostie pacifi
corum demonstratum e apte ergo legislator approbare supplens quia
non solum princeps idest potencia sublimior . aut tantum popularis
sed et si quis est in populo illez simplex si forte peccavit quod et
hic ad redempcionem peccatorum debeat primam eius sacrificium introduxit
duxerit Ideo aut non arietem sed ovem idest feminiz et non mascu
linum precepit offerri quia popularibus feminarum sacrificium deputat
eos hic qui legem accipiunt evidenter contestans . ut quamvis prin
cipatum sortitus est et loci aliis sublimior fiat . non solam exhibeat
simplicitatem cum oporteat eum et tam prudentem esse sicut serpentem
quemadmodum dnus ait . qui non non e talis . idest qui non habuerit mth x
dat sciencia et pro pcta in populo degit . hic quamvis sit simplex . si

contingat ut peccet nec ipsi peccanti communicetur nisi pollutionem
prius peccati diluerit. Cum igitur hec ita se habeant nunc egent certa
expositione. Cum enim sacrificium pro peccato sit, simul hic et capitulum et de omni
precepit. Unde nunc nos cum intentione accedamus ad sequentia diutius in ipsis
immoraturi. Si peccaverit anima et audierit vocem iurantis testisque C v
fuerit quod aut ipse vidit aut conscius est nisi indicaverit portabit
iniquitatem suam. Anima que tetigerit aliquid inmundum sive quod
occisum a bestia est aut per se mortuum vel quodlibet aliud reptile et
oblita fuerit immunditie sue rea est et deliquit. Et si tetigerit
quippiam de inmundicia hominis iuxta omnem inmunditiam qua pollui
solet oblitaque cognoverit postea subiacebit delicto. Anima que
iuraverit et protulerit labiis suis ut vel male quid faceret vel
vel bene et idipsum iuramento et sermone firmaverit oblitaque
postea intellexerit delictum suum agat penitentiam pro peccato et offerat
agnam de gregibus sive capram orabitque pro ea sacerdos et pro peccato
eius. Sin autem non potuerit offerre pecus offerat duos turtures
vel duos pullos columbarum domino unum pro peccato et alterum in holo
caustum. Dabitque sacerdoti qui primum offerens pro peccato retorquebit
pinnulas caput eius ad pinnulas ita ut collo hereat et non penitus
abrumpatur. Et asperget de sanguine eius parietem altaris, quicquid
autem reliquum fuerit faciet distillare ad fundamenta eius
quia pro peccato est. Alterum vero adolebit holocaustum ut fieri solet
rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius et dimittetur ei. Quod
si non quiverit manus eius offerre duos turtures vel du-
os pullos columbarum offeret pro peccato similae partem ephi
decimam. Non mittet in eam oleum nec thuris aliquid imponet
quia pro peccato est. Tradetque eam sacerdoti qui plenum ex ea pugillum hauri-
ens cremabit super altare in monimentum eius qui obtulit rogans
pro illo et expians, reliquam vero partem ipse habebit in munere. Eum
eadem legislator repetit cum superius quippe dixisset Quod si
peccaverit de populo terre per ignorantiam ut faciat quippiam ex hiis que
domini lege prohibentur atque delinquit generaliter de omni peccato proponens et
iubens que debent offerri. Hinc quoque de eisdem aliis quod
amplius videtur facere specialibus quamobrem aut superius quedam
peccata et non omnia exposuit. Oportebat quippe ut aut omnia per
singula exponeret aut penitus nichil cum generalis ei demonstratio
peccati sufficeret. Sed non ita se habent verba legislatoris quidam negli-
genter legentes existimant. Nudo enim dixit Quod si pecca-
verit de populo terre per ignorantiam ut faciat quippiam ex hiis que domini
lege prohibentur atque delinquat sensibiliter israheliter cui ... qui co-
gnoscens dei mandatum non debuit quippiam legis transgredi et trans-
gressus aut implere debuit ea que ad penitentiam pertinent. Inspicit
autem dicens Si peccaverit anima negligenter addidit de populo terre et
rectissime; dicit enim peccatum a quibus nunc sit secundum quod aut Iacobus
etiam hiis qui sunt ex gentibus abstinere id est idolothitis et suf-
focatis et sanguine et fornicatione. Actuum xv Multos enim invenies sequentia
commemorantes deinde superius quedam peccata vniversaliter pro semetipsis
delinquentes et quod ipse quis gessit describitur. Hic autem cui qui
a alienis peccatis terminum dat demonstrat. Hec enim tactu immundi
et morticini et a bestia capti innuit non perignata sed apte

exponens quod quidam desipiunt id est altius meditationem mittentes
non acquirere errorem sed consensum prebere Unum ergo audit quis
et infert oblationem eam intellegens que ad penitentie absolutionem
pertinet necessariam habeamus | Si peccaverit anima et audierit vocem
iurantis testis quod sciat quod aut ipse vidit aut conscius sit id est si aliquis
furtum aut dolum faciente et iurandum per eius dicta videns aliquis
furtum vel dolum que fecit vel aliter conscius quod false iuret non
prodidit particeps iniquitatis est et recte; nam cum liceat arguere peccatum
et texit adiutor eius procul dubio factus est qui ad ancillandum eum se
metipsum potius traxit Non solum autem predicti peccati immunditiam cavan-
dam putavit Sed et si quis tetigerit omnem rem immundam aut morticinum
aut a bestiis captum Non corporis sed rei immunditias attendens osten-
dere cupiens nec illas immunditias quas iudeorum gens existimat
Que sunt autem actiones quarum communicatio sicut immunditia cavan-
da est salvator apostolos docuit dicens Adhuc et vos sine intel- Matheus xv
lectu estis Non intelligitis quia quod intrat in os in ventrem vadit et
in secessum emittitur Que autem procedunt de ore de corde exeunt et
coinquinant hominem Et enim de corde exeunt cogitationes male ho- Marci vii
micidia adulteria falsa testimonia furta blasfemie. hec sunt
que coinquinant hominem Prius propter quod et immunde res ut po-
te polluentes eos a quibus tanguntur id est eos qui eis commu-
nicant a legislatore intellecte sunt Morticinum Hic simplex est
in polluendo homo qui perpetuo mortuus est de qualibus
dominus dicebat dimitte mortuos sepelire mortuos suos A bestiis Matheus viii
aut captus est qui spiritu vivo diabolo tractus ad aliquam actionem
malam quemadmodum iudas ad tradendum dominum de quo evangelista Iohannis xiii
ait Et facta cena immittente diabolo in corde eius ut traderet eum
symonis scarioth Prima autem in lege translatione non dixit
simpliciter a bestia captum Sed addidit immundum qui est a bestia
captus Putas non est omnimodo et immundus. et diximus ne-
quaquam non enim omnis qui a bestia capitur iam omnimodo ab ea
et occiditur. forsitan enim et postquam capitur liberatur sicut petrus
incidit in diaboli laqueos ter negatione sed resipiscens evasit
et dicit cum david Anima mea ~~negationis~~ sicut passer erepta est
de laqueo venantium Hic ergo immundus non est sed quedam di-
fferentie | Id est secundum lex morticinorum partes sunt de quibus quedam
dixit esse pecoris quedam vero abhominationes Morticinum autem
pecus est homo per insipientiam peccans et pecudi comparatus
iumentis insipientibus qualibus ait david Nolite fieri sicut equus
et mulus in quibus non est intellectus Sed etiam de qualibus
Ieremias ait qui admissarii facti sunt unusquisque coram proximi ad uxorem
sui hinniebat abhominationes autem immunde velut canis et simie Ieremie quinto
et quecumque talia sunt de animalibus appellantur que etiam a gen-
tilibus colebantur vel quodlibet reptile id est quod super ventrem
suum trahitur quod Theodotion Symmachus et Aquila repti-
lia ediderunt lxx autem abhominationes; ergo per hec tamen ydo-
latras aptissime significat qui malo in malis vivunt id est
in dolo et in rapinis sive in aliis cupiditatibus; his omnibus
si quis tactu communicaverit et oblitus fuerit Vel sicut lex
dicit latuit illum qui oblivione animi et obscuritate mentis sive
actio mala inquinatus est: in horum tactu id est vel in eo
quod quis hec operantibus cohibentiam prebet vel in eo quod pla-

terit talia modis omnibus polluitur. Sed et si tetigerit quippiam
de inmunditia hominibus iuxta omnem inmunditiam quam pollui
solent de omni immunditia eius quacumque tangens pollutus
fuit. Dicit autem secundum litteram eos qui seminis fluxum
patiuntur et menstruatas et quosdam alios de quibus subtilius
ipse legislator paulo post dicit. In quibus nos exposicionem
differimus; hoc solummodo nunc premonemus ponentes
quod non omnis omnis immunditia hominis polluit tangentem. Ideoque
enim dixit iuxta omnem inmunditiam qua pollui solet. Secundum
lxx autem ab omni inmunditia eius qua tangens pollutus fuit
que sunt autem hec tunc de eis legislator locuturus fuerit dicemus. A-
nima que iuravit et protulerit labiis suis ideo apte permittens
quod lxx dicunt separans labiis ut vel male aliquid facere vel-
let vel bene in quibus peccatum est. Quando his qui bene pro-
mittit facere mentitur aut qui male comminatus est mutatur dicit quod
herodes passus est qui pro eo quod iuravit herodiadi Johannem
baptistam capite detruncavit; oblataque post ea intellexerit delictum
suum. Anima hec videlicet que dicta sunt unumquodque cum sen-
serit et cognoverit confiteatur peccatum quod fecit et offerat agnam
de gregibus sive capram. Quia de aliquo qui de populo est videlicet
de vulgo loquitur hoc loco inter quos possibile est simpliciorem
quempiam invenire agnam de gregibus utpote aptam simplici
quemadmodum supra diximus in hoc de quo nunc sermo est sa-
crificio sive penitentia recte custodiunt offerri simul adiciens
Orabit quoque pro eo sacerdos et pro peccato eius. Consuetis utimur verbis in
memoriam vestram revocantes ea que supra inde peccatione pro peccatis
precepit pagina que iterum dicere utpote semel dicta necessarium non
habemus; solummodo autem hoc addiciamus. Ut si quid horum
princeps peccaverit hircum de capris offerat oblacione sibi digniori
et priorem. Per hoc enim quod multitudinem et maius de quibus ante
dixit ideo sacrificium offerre preceptum manifestum est eum etiam de
principe similia voluisse. Ut autem et aliud dicitur cum qui ista
intellebat nec ipsum peccare oportuerat nec alios committere
peccatis. Non enim ad virtutem sed ad iniquitatem emulantes se inve-
nit producere sive provocare subiectos; propter quod illud quasi quod
non eiceret deberet indiscussum reliquit. Sed et hoc nondum est
quia delictum aliquando quidem speciale iniquitate que tantum soli
committitur deum qualis est que in sanctis aut que in ministrando committitur
aliquando autem omne peccatum quod ad scientiam pervenit legislator appel-
lat. Et propterea ab eo cui uniusque cognicio peccati sive ante pena sive
sub inferatur modis omnibus delictum dicitur ut videat quia omne
peccatum perfectum cognoscitur in ipso delinquitur deum. Et ideo appel-
latur delictum id est plurimum nimia. Non enim sine causa
legislator hoc sermone frequenter utitur. Nam et quemadmodum
differentes questiones hominem in exordiis libri per holocausto-
mata et sacrificia salutaria. Descripsit legislator non frustra
proposuit sed magis multas et varias aperire cupiens. Sic et modo
non una specie sed multas de oblacionibus peccato sanxit ut
pluriores modos implere possit. Ut omnis modus penitentie in omni
peccato conveniat. Vide in prima parte et remunerat et lacrimas

et orationem continuam et vigilias exigit aliaque similia. Quemadmodum ubi
gravi senectute aut aliter corpore infirmus talem agere penitus non prevalebit
Numquid ergo hic propter infirmitatem aut senilem etatem repellitur a pe-
nitentia? Nullo modo habet enim alium modum ad impetrandam remissionem
peccatorum. Sed quis hic sit sequentia demonstrant dicit enim Si autem non
potuit offerre pecus quod lex in [?] statuit. Si autem non valuerit ma-
nus eius ad ovem insolentes ponere capram vel caprum intelligi quasi
commune esset genus caprarum et ovium sicut diximus. Unde alii in-
terpretum in hoc loco ponere hi quidem pascualia, alii autem ex grege no-
lentes per hoc et capras significare ediderunt. Si ergo hic non po-
tuerit offerre pecus offeret pro peccato suo quod peccavit duas turtures
aut duos pullos columbarum domino. Quamobrem necessarium nimis
est renuncians [?] nos quia contemplativam vitam et in meditatione con-
versantem et mundam atque simpliciorem significari per pullos columbarum
et turtures superius diximus. Ergo qui non potest vacare in continua af-
flictione et camina [?] ut panem suum cum cinere comedat et potum suum cum
fletu temperet aliaque his similia penitens agat, utpote infirmitate
aut alia quacumque necessitate prohibitus, hic alio modo agere potest pe-
nitentiam velud offerens semetipsum ad contemplandum deum et ad
perscrutationem legis eius totamque mentem suam consecrans celesti co-
nversationi a terrenis rebus plenissime se cohibens; per hoc enim ei
et peccatorum remissio et iustificatio prestatur [?]; Unde duo que offeruntur
unum quidem pro peccato id est ad emundationem peccati, alium autem in holocau-
stum quasi [illegible] semetipsum conversatione vel vita et ple-
nissime deo tradentem immolatur. Offeret autem hec sacerdoti, Christo
utique. Fiunt enim acceptabilia cum utraque quando secundum intentionem do-
mini [?] atque eo mediante offeruntur. Qui primum offerens pro peccato. Deo
primum pro peccato offeret quia nemo potest holocaustum fieri nisi prius fuerit
a peccato liber effectus. Sed quis huius modus est libertatis? Retor-
quebit que sacerdos caput eius ad pennulas ita ut collo hereat
et non penitus abrumpatur. Per collum quod lex confundi [?]
inspectum [?] sit totum corpus intelligitur quia colli firmitas sanitas
et subsistentia totius corporis est. Cervicem ergo solet caput pro mente ac-
cipi in divina scriptura pro eo quod mens principatum tenet in homine. Un-
de et David deo dicebat Tu contribulasti capita draconum super aquas.
Mentem inde [?] dum aquam baptismatis remissione tollente
mens a dyaboli contereretur; per ergo hoc quod dicit lex Retorquebit
sacerdos caput eius prius non translatio Retorquebit que caput eius
simul nos non sine nec compati corpori sed abrumpi vel retorqueri
ut non ex aliquo repugnet legi mentis lex peccati que consuetudine | Romanorum vii
peccandi in membris habitat corporis neque captivum ducat ducit hominem
sicut Paulus ait. Cervicem autem non debemus ex toto corpus adversari
huic creaturam illud dyaboli estimare sicut quidem putant. Sed sub de
illud mente. Propterea non precepit illud caput a collo separari. Unius quippe
eiusdem que sunt utraque creatura; sed sequentia videamus. Et asperget
de sanguine illius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit
faciat distillare ad fundamenta eius. Cervicem pro peccato est. Paries al-
taris corpus Christi intelligitur. De quo ipse Christus dicebat Sol-
vite templum hoc et tribus diebus edificabo illud. Fundamentum | Johannes ii°
autem eius sive secundum quod lex in [?] sit basim basis eius evan-
gelium est. Ergo secundum intentionem sacrificii Christi et evangelice doctrine
iubet etiam hic pro peccatis sacrificium afferri. Propterea quod addidit Cervicem
pro peccato est. Victima quippe sit a peccatis exempta quemadmodum Christi imitatio

et obedientia evangelice predicationis prestet cum prius obediens alterum adole-
bit holocaustum ut fieri solet. Item quemadmodum oportet holocaustum
fieri. Quod lex plane secundum eum dicit id est faciet aut quemadmodum debet. Opor-
tet quippe eum qui patrem et matrem et fratres et omnia secularia
renunciavit holocaustum fieri si modo vult esse acceptabile et intel-
ligibile holocaustum. Hec sic faciatis qui non potest predictis modis
propriam agere id est vigiliis et sacco et aliis similibus afflictionibus
rogabit pro eo intelligibilis sacerdos et pro peccato eius et dimittetur ei. Ad-
mirabiles valde dei [illegible] ergo et hinc lator legis qui veniam utpote
clemens [illegible] huiusmodi habuit et modum cepit per ipse
non minora [illegible] infirmantes possint. Prima autem non omne
facile est ad penitendum [illegible] immo aliquando et difficile. [illegible] quando ab
[illegible] prima [illegible] eius quodammodo abolevimus quod e-
venit. Sed [illegible] forte peccavimus et penitere se simulans ad hoc rur-
sus redeat quod et petrus reprehendens ait. Evenit eis res veri pro-
l. ij petri ij verbii. Canis reversus ad suum vomitum et sus lota in volutabro luti.
Sed et paulus ait. Ne quis ait fornicator aut prophanus ut esau qui propter
l. Ebreorum xij unam escam vendidit primogenita sua. Scitote enim quia et postea
volens hereditare benedictionem reprobatus est. Non enim penitencie locum l. invenit
quamquam cum lacrimis exquisisset eam. Ergo quia talibus non facilis
prebetur penitencie aditus. Ecce mitis legislator innuit ait enim. Quod si
non invenerit manus eius afferre duos turtures vel duos pul-
los columbe. Cui vero hec non potest omnimoda ut hedum aut
ovem potest cruciare aut non potest seu ut lex dicit non invenit
quia divitiis prius male usus non eas quemadmodum oportebat ex-
pendit. Quid ergo faciet. ut non desperatio et causa perditionis fiat.
Offeret pro peccato suo similam partem ephi decimam. non mittet in eam
oleum. nec thuris aliquid ponet quia pro peccato est. Hec ergo species ei [illegible]
penitencie concessa est quam dixit. [illegible] autem et timere debet
ne forte non suscipiatur [illegible] utpote frequenter [illegible] penitencia propterea
nec oleum super fundit utpote dubitans an misericordia [illegible] passione
dignus sit. Sed nec thuris aliquid imponit utpote qui nescit
utrum boni odoris sit [illegible] qua frequenter [illegible] est.
l. Johelis primo Unde Johel propheta ad plebem iudeorum dicebat. Convertimini ad do-
minum deum vestrum quia benignus est et misericors est. patiens et
multe misericordie [illegible] et prestabilis super malicia. Quis scit
ij Corinthiorum vij si convertatur et ignoscat et relinquat post se benedictionem sacrificium
et libamen domino deo vestro. Ergo [illegible] dubitatur de misericordia et
patiente et multe miserationis. si convertatur et peniteat et si sac-
rificium aut libamen pro eius accipiat nisi quia populo malig-
no et diligenti [illegible] locutus. Quid cum sepe egit [illegible]
impura penitencia. ergo nec dispensatorem [illegible] facere [illegible] nec rursus
eos penitentes valde [illegible] atque ideo [illegible] est dubius [illegible]
et quam obrem non portabat [illegible] eis facile dari ne data
l. Johannis ij° presumptio ad alia rursus peccata eos negligentiores efficiat. [illegible]
[illegible] relaxatis [illegible] infirmus quippe quas [illegible] et [illegible]
[illegible] legislator innuit. Tradet autem eam sac-
[illegible] autem utpote prius xpus quippe est qui ceteros [illegible] p

per significationem intelligitur. Sacerdotis qui plenum ex toto pugillo hauriens cremabat super altare in monimentum eius qui obtulit speciem oblationis; accepta in illis est ephyum simulam ephi autem mensura est continens

pthi glis mensura sit

scilicet tres modios capiens, ergo Christus est qui sacrificium offert et ipse est sacrificium quod offertur. Ephi enim cum sit mensura trium modiorum evidenter trinitatem innuit quo una quidem mensura est

= S trinitate

quia unum in ea est deitas. Tres autem habet mensuras id est tres personas

personas et tot simila sua manifestum sit. Non nos peccare eius parte carne domini dictus propter inseparabilem tamen ea [illegible] sibi unitatem.

Quare autem trinitatis pars est quia indivisibilis eius est gloria et virtus ita ut paulus de Christo dicit. In ipso habitat omnis plenitudo // Coloss ij°

divinitatis corporaliter; sed et Johannes. Qui negat inquit filium // i. Johannis

nec patrem habet qui confitetur filium et patrem habet. Ergo ephi quidem hic incarnatus est verbum utpote habens in se trinitatis plenitudinem. Decima autem eius est ea de causa. Primum quidem ut ostendatur sublimitas divinitatis eius quantum ad humanitatem respectu quod et per se dicitur. Deinde pro eo quod integro homine incarnatus fuit deus verbum et qui legem implet; utrumque enim decima significat. quia et perfectus est denarius numerus. Decem autem mandata sunt legis. Unde et decime decimam preparat sacerdoti Christo indulgere et lex deputavit. utpote magis vere primitias habenti. Quicunque ergo primam sepe prevaricans violavit circumcisionem vult agere penitentiam inspexit aptat. Qui interrogatus a petro si peccavit in me frater meus quotiens dimittis ei usque septies. Dixit; non dico // i. Mth xviij

tibi septies sed usque septuagies septies, hic ergo sermo spem prime eis quibus impossibilis videtur prebebat. Propter quod hauriens de oblatione implet pugillum in monimentum eius qui obtulit et cremat super altare id est incorporatur sibi ubique plus salvandis qui ad se veniebat apostolus dixit. Non perhibent // Joh x

meum. et nemo eas rapiet de manu mea. Veniente ad se salvat eum qui sepe deliquit in prima; quid pro offensis pugillum in monimentum id est verbum secundum quod promisit eos qui semel sub manu eius facti fuerint non perire de hoc ergo pugillo mulierem que singulam gerebat caritate ipse innuit dixit dicente. Congaudete mihi quia inveni dragmam quam perdideram // i. luce xv

de multis non male prima utentibus perdita fuerat ratio grande penitentie. Sed secundum perditam dominum inventa est. Hec ergo in monimentum offert super altare corpus suum quod omne peccatum suscepit etiam illum quod videbatur impossibile posse salvari, propter quod addidit. Quia per te omne est omnibus quia ad Christum solum pertinet omnium peccata si sepe sit. Ergo hi qui primam sepe peccando prevaricati sunt postea autem penituerit. certo quidem quod frequenter prevaricati sunt spe prime non habent Christo tamen etiam sit operare id est suscipe primam per verbum peccatis illius, quod manifestat sequentia cum dicit. Rogavit pro illo et exquod peccavit et dimittetur ei. Ut ex hoc intendas. Et orabit pro eo sacerdos propter eius peccatum commissum fuerit quamobrem etiam ab uno habere utpote sepe cadit de peccante sepeque decadere ne penitentie atque nihilominus iterate peccatum ea inter se prevaricatum est primam recte sacerdos dimittit et deprecatur. Misericors enim est et fidelis sacerdos addidit qui exercet per peccatis populi; sed etiam qui similis sit huius sanctificationis sanctionis veniam congruenter. Dicitur enim. Reliquam vero partem ipse habebit immune quod lex addiderat credidit. Quod autem reliquum fuit sit sacerdotis

quemadmodum sacrificium simile est decimam quippe ephi similae precipit
offerri. Rursus quia similam theologiam esse ponit hec autem oblatio non
tantum theologie sed etiam prime est comparationis ostendit quia hec alia qui-
dam est extra illam. Unde nos quidem quod reliquum fuit Aaron et
filiis eius deputavit. Esse autem diximus eius filios illos qui subli-
mia et divina intelligere possunt. Ipsi quippe percipiunt de scientie reliquias
cum totum atque summam in solo Christo prius habebant apud quem sapientie thesauri
Coloss. ii et scientie sunt ut ait apostolus absconditi sunt. Vere autem non Aaron et filiis eius
sed sacerdoti quod reliquum est Christo intelligitur sicut et sacrificium simile
hoc nomine. Ergo quia similam esse theologiam diximus, in duo eadem
prius sacrificium dividitur, id est in remissionem peccatorum penitentiam agentium
et in theologiam a Christo. Solus enim dei est ignoscere etiam quod impossibile
videtur remissione et scientie incrementum multiplicare. Hoc sacrificium a theologia
invenimus. Illud autem non annuimus quia in quibusdam personis vel
in peccatis difficilem esse aditum prime diximus ait quippe Paulus. Vo-
luntarie enim peccantibus nobis post perceptam notitiam veritatis non
Hebr. x iam pro peccatis relinquitur hostia. Hoc quod diximus difficile pro impos-
Hebr. vi sibili ponentes. Nam idem in subsequentibus ait: impossibile est enim
eos qui semel sunt illuminati gustaverunt etiam donum celeste et participes
facti sunt spiritus sancti gustaverunt etiam bonum dei verbum virtutesque seculi ven-
turi et prolapsi sunt renovari rursus ad penitentiam crucifigentes sibimet
ipsis filium dei et ostentui habentes eos qui frequenter egerunt penam
et peccatum sunt Christum iniurie qui eam concessit significans quod
manifestat sequentia. Terra enim imbibit sepe venientem super se bibens
imbrem et generans herbam opportunam illis quibus colitur acci-
pit benedictionem a deo. Proferens autem spinas et tribulos reproba est et ma-
ledicto proxima cuius finis in combustionem. Non dixit semel bis vel
ter sed sepe in hisdem in quibus penitebat prevaricantem penitentiam
suam esse maledicto proximam et reprobam cuiusque finem in combu-
stionem esse nisi resipuerit nolens autem desperationem facere auditoribus
suis. Erant quippe sine dubio quidam in eis negligentes et luxuriose
penitentia utentes. Quamobrem non ad alios hec sed ad eos scribebat
quia hec tantum quidem tales admonuit. Consideremus autem de vitulis sacrificiis
Levit. vi c meliora et minora salutem tam et si ita loquimur similiter et terrere eos
qui luxuriose utebantur penitentia et vanam spem rursus penitentie sibi in-
ferent aliquando capientes; propterea legislator nec oleum oblationi
imposuit nec thus addidit timorem incutiens offendentibus. Et tamen su-
scipientem hanc sacerdotem dicit. Locutus est dominus ad Moysen
dicens: anima si prevaricans ceremonias per errorem in his que
domino sunt sanctificata peccaverit offerat pro delicto suo arietem immaculatum
de gregibus qui emi potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarii
ipsumque quod intulit damni restituet et quintam partem ponet supra
tradens sacerdoti qui rogabit pro eo offerens arietem et dimittetur
ei. Bonum quidem est a vano peccato abstinere maxime tamen ab eo quod
tenet sancta committi quia deus per illud iniuriatur. Videtur autem hoc
et quam terribile sit prius quam legislator exposuit demonstrat oblatio.
Tercius quippe quia dum tot precepisset sacrificia celebrari ministerium
de arietis sacrificio in principio libri huius dominus ad Moysen lo-
quens nisi tantum in hoc est loco mentionem facit volens novitatem
et utilitatem sacrificii huius ostendere. Tercius etiam quia non hircum
neque caprum aut avem aut par columbarum sed arietem precipit

offerri. Ex oblatione docens quale sit hoc peccatum. Insequia enim
salvatoris aries accipitur. Cognoscitis autem hoc modo quod deus
abraham ab unigenito immolando cohibuit quem et ysaac vi- 1. Gen. xxij
vere precepit. pro promissa ex eo successione et figuram sacrificii salvatoris
impleri oportebat. pro Christo autem ysaac in sacrificium assumpto inde
arietem in vepribus herentem cornibus. Vel sicut lex in arbore sabech
patriarcha teneri. arbor autem sabech crux est. lignum est enim
remissionis in quo aries ex cornibus figuram gerens crucifixi ma-
nibus in cruce christi tenebatur. Non solum autem immaculatum eum esse
precepit. Sed et cuius precii sit sive bene possit duobus siclis vel
secundum lex argenti quinquaginta siclis. siclo scilicet sanctuarii. Nemo
quippe sibi convenire deum sacrificium nec proprium scilicet potest. Sicut
enim nemo potest dicere dominus Jhesus nisi in spiritu sancto. Multo magis 1. Cor. xij
nec sacrificium eius assequi potest sine operatione spiritus. Unde
non simpliciter dictum est l. siclorum. Ostenditur quippe hic numerus
sancti spiritus adventum. ex eo quod die penthecosten id est quinquagesi- Actuum secundo
sima ad apostolos venit. Sed et pondere sanctuarii sive secundum lex
siclo sancto ut per hoc quod sancto ondceret sancti spiritus virtutem et operatio-
Siclus xx habet obolos nem. Sicle autem quare quia siclus viginti obolorum est. Hic autem
vicenarius numerus est peccatis obnoxius. Unde hii qui de egipto
exierunt cum xx annorum essent peccati populi penam non susceperunt.
Minida quippe abanimi peccato est specialis hoc. Non solum autem
arietem offerri sed et quintam addere precepit. Si quis forte sancto-
nascentibus aut vlugento tali illicite abusus est hoc appellat
commissum peccatum in sancta. Hic ergo ipsum reddet et insuper quinta id est
quintam eius partem tradet sacerdoti. Hoc autem significat aut
qui quinque sensus habemus. si primum sensum peccaverimus velut si oc-
culum ad adulterium in tempore et loco sancto occupaverimus. aut linguam inde
trahendo. vel aures ad malam loquendo. aut odoratum ad preceptorum
odoramentorum meritatorum. aut manum ad tactum profanum et iniustum.
Primum quidem ab illo peccato omnino abstineamus et penitentiam de eo pariter
offeramus. id est christum rogemus ut peccati in se commissi ipse fiat
exceptio. Deinde quintam id est unum quinque sensuum per quem peccatum co-
missum est offeramus sacerdoti christo videlicet ut nequaquam ultra ad acti-
onem priorem illum occupemus sensum. Sed consecrentur illi deo. Si enim per
peccato nostro deprecabitur. quoniam autem peccati aries pro sacerdote offeratur in
alia parte libri conscriptum est ubi sacrificium pro peccato equale esse sacrificio
quod pro delicto sit precavit. Hoc autem nunc admonendum est quia delictum legis-
lator duobus modis utitur ponere solens et delictum appellans. Nunc
quidem peccatum quod ad sciam pervenit et nequaquam iam ignotum est peccanti.
Nunc autem quod modo ipso commissum est veluti in iureiurando et quod
in sectis non sine causa hoc appellat delictum. sed ut tu cognoscas simul
modum extendi peccatum quod in sciencia et quod in iureiurando et quod in sectis
admittitur. Anima si peccaverit per ignoranciam. fecerit quod unum ex hiis que deus
lege prohibentur et postea intellexerit iniquitatem suam offeret arietem im-
maculatum de gregibus sacerdoti iuxta mensuram estimacionemque peccati
qui orabit pro eo quod nesciens fecerit et dimittetur ei quia per errorem deliquit
in deum. Habet presens locus questionem non modicam consideracione dignam quia
pro peccatis pro quibus capitulum presens offerri aut arietem precepit. Alit enim. Quod
si peccaverit de populo terre per ignoranciam ut faciat quicquam ex hiis que deus

prohibentur atque delinquat et cognoverit peccatum suum offeret capram im-
maculatam. Hunc autem quasi oblitus ea que precepit. Si anima
autem peccaverit per ignorantiam feceritque unum ex hiis que Domini sunt lege prohibente
et peccati rea intellexerit iniquitatem suam offeret arietem immaculatum
de pecoribus sacerdoti. Et multum videtur differre inter hoc sacri-
ficium et illud quod dudum precepit. Sed neque oblitus est anteriora
licet contraria eis preceperit. Anima in nomine anime gentilem
diximus significari. Hic autem forsitan ignorans mandata legis
iustificandi potest propter quod dixit et per ignorantiam recte intelligibilis
aries ex pecus videlicet ipsum peccatum in sacrificio pro eo oblatus dicitur
Sed et illud ostendit atque in hiis evidenter demonstrat quia minimo
quidem peccato premittendo cogeremus prima cum non sumus idonei
per nosmetipsos sine Christi sacrificio consequi veniam. Ergo siquis
extra fidem Christi constitutus est iudeus forte aut paganus licet
peniteat se de peccatis suis per conversionem et iuste demonstret remissionem
non meretur. Quia arietem offerre id est Christi sacrificium non potest.
Quamobrem generaliter de omnibus quodammodo sanare cupiens
non dixit Si anima de populo sed si anima simpliciter peccaverit
et fecerit unum ex hiis que Domini lege prohibentur. Ergo et de indocto et
dei scientiam habente. Nec non decipit peccato recte hoc quod dictum est accipitur.
Quia autem arietem pro delicto iubet offerri aptissimum est quia delictum
hic legislator intellectum peccati posuit. Propter quod dicens per igno-
rantiam subdidit et peccati rea intellexerit iniquitatem suam. Cum autem
intellexerit peccatum hic illud in se relidit et sordidatur ab eo sive oneratur
quousque per peccatum sacrificium oratio pro eo fiat. Intellectus autem peccati
in habentibus quidem scientiam. Contenebratis vero eamque libi-
dinum necesse ut cum in cogitatione sua respiciunt pervenerit carentibus
non scientia per competentem doctrinam. Qui intellectus cum alterutro
horum pervenerit magis ad hoc movet hominem ut querat sacrificium et pe-
nitentiam. Qui enim intelligit pollucionem et non se purgat per penitentiam
manifestum est quod abhominabilis sit et sordidus. Nam hinc in euangelio
de Iudeis Dominus dicebat: Si non venissem et locutus fuissem eis peccatum
non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Hec
autem planioribus expositionibus approbantur. Quid enim dicit? Orabit
pro illo sacerdos quod nesciens fecit et dimittetur ei. Quia per cognitionem
delinquit iudicium. Quod lex dicit et dimittetur ei. Delinquit
enim delictum ante Dominum et quomodo idem ipse nescisse et delinquere dicitur?
Delictum coram Deo dicitur qui iudex iustus est et nichil agit
contra iusticiam. Nec enim de sola actione nos iudicat sicut quando ad peccatum
aut propter libidinem aut propter avariciam aut propter aliam declinamus quando
ignoranciam illius vel voluptatis et similium laterum et illius non
false glorie patimur. Facit autem hanc ignoranciam dilectio mediarum
ex quo concupiscentiam terrarum mente cecatur et iam et absconditur scientia
que certe nichil invenitur distare ab ignorancia. Unde et David
dicebat: Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Cum
autem resipiscunt et restaurata fuerit obscuritas mentis tunc peccatum
sentimus et necesse ut in delictum nobis usque dum per penitentiam purgemur
deputetur. Delictum autem quod est coram Domino duplicat enim
delicti nomen secundum legem dicens delinquit enim delictum ante Dominum
et hoc cuius rei gratia? Nisi delictum esse intellectum sive cognitionem
peccati diximus etiamsi hi qui de naturali iure scientiam peccati habent

sicut hic sicut diximus eam amore libidinis tenebunt. Alius
aut tardior natura est. et alterius doctrinam habens necessariam. Ter-
tio aut resipiscenti sive aut ab alio discenti delicti idem peti
scientia delicti peccatorum ante deum duplex penitentiam reputatur
Primum enim deus vivus scientiam ob noxiam facit. et sacrificium
pro ignorantia et peccato exigit et primam. Locutus est dominus ad moy-
sen dicens. Anima que peccaverit et contempto domino negaverit de-
positum proximo suo quod fidei eius creditum fuit vel vi aliquid
extorserit aut calumpniam fecerit sive rem perditam invenerit
et inficians insuper peieraverit et quodlibet aliud ex pluribus
fecerit ex quibus peccare solent homines, convicta delicti reddet
omnia que per fraudem voluit obtinere integra et quintam insuper par-
tem domino cuius dampnum intulerat. Pro peccato aut suo offeret arie-
tem immaculatum de grege et dabit eum sacerdoti iuxta esti-
mationem mensuramque delicti qui rogabit pro ea coram domino et
dimittetur ei pro singulis que faciendo peccavit. Cernis quod in
eodem ordine esse peccatum quod iniuste et id quod in iureiurando co-
mittitur prius dei traditur. Patet autem ex eo quod in utroque idem arietis
sacrificium offerri precepit. Quamobrem cum paulo ante movi
peccato arietem iussit offerri non agnellis eam convenientes sed inten-
tione legislatoris sequentes diximus. Cur autem peccatum quod in
iureiurando est et quod in sanctis committitur putavit. quia omnino
utrumque ad deum pertinet. et qui in iusiurando transgreditur non solum
proximo nocet sed et ipsi deo quem mediatorem fecit iniuriam facit. Do-
cere aut te ipsa illa distinctione possumus. Videamus itaque quomodo
etiam ipsa nunc lex incipit. Et locutus est dominus ad moysen dicens.
Preceptum ondit madani(?). ex eo quod et in ipso quemadmodum est in
peccato desertis dum legum moyses specialiter exponit. Locutus est ergo
Anima que peccaverit et contempto domino negaverit depositum proximo
suo quod fidei eius creditum fuit. vel in aliquid extorserit aut
calumniam fecerit sive rem perditam invenerit et inficians insuper
peieraverit precepta domini ut mentiatur. Que verba lex sic admit
Anima quecumque peccaverit et preterit precepta domini ut men-
tiatur in proximum in deposito aut de societate aut de rapina
negavit proximum et invenerit perditionem et mentiatur pro ea et iura-
verit iniuste. Hec aut superioribus dixit si mentietur; neque enim
solet divina scriptura eadem verba repetere que et multa omittit bre-
vitatis causa videtur hic lege iurisiurandi transgressioni me-
dacium comparare. Et ideo superius quidem sive iureiurando commemo-
ravit. Hic aut mendacio iusiurandi coniunxit. Ait enim. Et menti-
atur et iuravit iniuste. Nam et ceteri interpretes aquila theo-
dotion et symmachus ubi dixerit lex Si nocuit proximum
suum iste si calumpniatus est quod quidam invenientes abstineant
hos tales iuribus a fallacia [illegible] proximum [illegible]
[illegible] est. Sed et vim seu rapinam cum negato deposito, vel sicut
etiam lex dicit cum societate commisit omne iniustum lucrum
seu rapinam indicans manifestum est aut ex hiis que subnectunt
lex. cum cum peccavit et penituerit et reddiderit rapinam
quam rapuerit vel iniustam qua iniuste egit. aut depositum quod
depositum est ei sive perditum quod invenit. Quod vero quodque

proditorem peccatorum. His que communicata sunt simile sit. Ipse
enim avaritiam committens vim tulit aut certe rapuit ipsum cui quintam
addi precepit. Et hic non sacerdoti sed ei in iniustam passus est
dari precepit quintam in vobis differentibus similia sanciens.
Verum enim tam eo qui periurium passus est in rapina vel de-
posito et contra ipsum ... dum iniuste agit per fallaciam vel
periurium diximus recte horum quintam dari iubet ad quem
tendit iniuria quinta autem lingua est. Esse enim quintam carnem
diximus tunc sit una de quinque sensibus. Hec ergo offertur domino ut
deinceps non peccet quia per ipsam vim quasi proditorem cu-
mittit. Ergo eundem sentit in differentibus rebus et aliquando
quidem in persona sacerdotis aliquando autem in eos qui iniuriam
passus est dominum figurant. Aut quia secundum eandem rationem et sacer-
dos in Christo esse et nobis pro nobis iniuriam pati creditur
secundum legem videlicet compassionis nostre; in fine sermonis huius
dicentem iubet inmaculatum sacerdoti offerri domino oret et remis-
sionem obtineat. Horum autem sufficiens expositio est ex his
que in delictis (?) secundorum dicta est. Sed nos ab utroque peccato ma-
gis autem ab omni respicientes custodiamus nosmetipsos. Si
enim vel in uno quolibet eorum capi nos aut incidere contigit ...
deprecationibus et oblationis ... quibus uti supplicantibus ...
I Cor. x — Hec enim in figura contingebat illis. Scripta autem sunt
ad correctionem nostram in quos fines seculorum devenerunt
In Christo Ihesu domino nostro ipsi gloria cum patre et spiritu sancto nunc
et in secula seculorum. Amen. — Liber II. C. VI

Locutus est dominus ad Moysen dicens Precipe Aaron
et filiis eius hec est lex holocausti; cremabitur in
altari tota nocte usque ad mane ignis ex altari eodem
erit. Vestietur sacerdos tunica et feminalibus lineis tol-
letque cineres quos vorans ignis exussit et ponens iuxta altare
spoliabitur prioribus vestimentis indutusque aliis ad favillam (offeret eos)
consumi extra castra et in loco mundissimo usque ad favillam
consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies et impo-
sito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis est
iste perpetuus qui numquam deficiet in altari. Vna legislatoris
modo sufficienter in precedentibus audivimus et exposuimus lega-
I Cor. iii — libus vero fundamentum positum est extra quod aliud nemo edifica-
tum imponere potest. Christus enim est qui nobis sicut angu-
laris edificii lapis per totam legis expositionem iacet. Cuius
scientia et doctrina quasi et architectus est aurum argentum lapides
pretiosos super edificamus. Locutus est dominus ad Moysen
dicens Precipe Aaron et filiis eius Hec est lex holocausti.
Hic de iugi sacrificio lex loquitur quod cottidie in libro Exodi of-
ferre precepit sacerdotes dicens sic Hoc est quod facies in
altari agnos anniculos duos per singulos dies iugiter
et paulo post Oblatione perpetua in generationes vestras. Dixit
autem facies holocaustum unum agnum mane et alium facies vespere.
Per hec ergo intelliguntur quia inter quidem qui sunt de plebe ...

Levitice dictum est si voluerit offerre holocaustum. Propter quod sacri-
ficium illud munus ordinis utpote spontanea oblatio nominatur. Non
enim omnis homo perfectissimam exigitur sapientiam. Sacerdos tamen
omnimodo debet perfecte sapere. Proprium enim sacrificium id est continuum
holocaustum sacerdotis in die mane et vespere offerre precipitur ut a perfecta sa-
pientia incipiens in eadem finiat. et totam suam vitam consummat ad
perfectionem. Sed quia holocaustum quomodo particulatim dividatur quomodo
effundatur eius sanguis quomodo imponatur super altare initio huius
libri Levitici legislator exposuit modo utpote illis sufficienter dictis de
solo dat holocausti nomine. Consequenter ergo subditur: Ignis in altari
semper ardebit quem nutriet sacerdos. Oportet quippe eum qui holo-
caustum id est perfecte sapientie operatur debet semper attendere ignem scilicet spiritus
et non sinere extingui. Relinquit autem Deus [?] ex quibus dominus
est negligentia. Propter quod et Paulus ait: Spiritum nolite extinguere.
Velud in vita perfecte sit positum extingue illum sine attendere. Tota
autem nocte incendi ignem iussit non quod in die non incenderetur
nam quomodo sacerdos fieret diebus singulis holocaustum. Sed quia
manifestus erat ignis diurnus nocturnum addidit. Nunc ergo nox
talis est vite huius id est ea que multos obtinet ignorantia. De qua Rom. xiii
Paulus dicebat: Nox precessit dies autem appropinquabit. Nos propter qui
holocaustum deo facti sumus etiam in nocte attendere ignem. ut cum alii
legem transgrediantur et heretici sint nos simus spirituales [?] dei
dicentem: Tempus faciendi domine dissipaverunt iniqui legem tuam.
Unde cum alii transgrediuntur legem nos oportet maxime ad obedientiam
legis sub regi. Subdidit autem: Vestietur sacerdos tunica et feminalibus
lineis. Sacerdos hic qui holocaustum offert unusquisque perfecte sapiens
intelligitur quia sacerdotium perfectis fidelis appellatur utpote legem perfectam
evangelii suscipiens. Qui ergo vult offerre holocaustum tunica id est
iustitia et feminalibus id est castitate induatur. Sed quia per feminalia casti-
tatem oportet intelligi membra probant quorum ipsa tegumenta sunt feminalia.
Tunicam autem iustitiam diximus quia perfecti tunica maxime iustitia
vestis est. Unde Paulus dixit: State succincti lumbos vestros in veritate Ephes. vi
induti lorica iustitie. Lineam autem et tunicam et feminalia vult esse non
ex lana. Quia linea vestis habilis mollisque adherens est corpori. Appa-
ret ea que ex lana est. Sed quo decet qui habilis utrumque tolleren-
tes sic anime iustitia et castitas similiter hoc decet quia quemadmodum
lineus facile cuique est ad habendum. Sic virtutes volentes eas consequi
faciles sunt et qui eas conquirere possunt. Hiis autem indutum iubet
auferre cineres de holocausto quos ignis consumpsit de altari. Quid
per hec docens nisi ut quemadmodum hostia aufertur id est sacrificium quod
factum est holocaustosis ut aliud iterum simile offeratur ita et nos facia-
mus. Virtutes quippe quas recepimus per spiritum sanctum singulas debemus po-
nere ut alias rursus apprehendamus et non tantum precedentibus contenti
simus. Sed et alias adiungamus quemadmodum hiis qui currit
relinquens retrorsa ad reliqua currendi contendit quia [?]
aliter ad bravium non potest pervenire. Propter quod cum auferri de
altari precepisset consummatum igne holocaustum ponere illud iuxta
altare precepit esse. autem Christum holocaustosis altare diximus. Au-
ferimus ergo et olim opere consummatas virtutes quidem habemus tempus
alias operandi quasi ne nobis imputet precedentes negligentibus
si non super eas alias construamus. Probat autem hec et Ezechiel xviii c.
tum dicit: Si dixero iusto quod vita vivat et confisus in iustitia
sua fecerit iniquitatem omnes iustitie eius oblivioni tradentur

et in iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Imponetur autem
super peccata sua ut iterum augeamus atque confirmemus. Unde in extra altare
iubet holocaustum poni. Servat enim nobis Christus iustus iudex
quecumque bona egerimus si non hec per iniquas actiones frustrata
fuerimus. Propter hoc etiam spoliari vestimentis et indui aliis et
efferri cineres extra castra in loco mundissimo iussit, nos altioribus quibus
nos vestimentis extra ea que prius dixit induens. Nam enim pleniori
veste indui lanea nos precepit; sed hoc idem per multa significat
idest quoniam ne prius alta correcta sunt non imponent quidam
tempus est alia percipiendi. Et propterea deponentes vestimenta prius
aliud tale iubet indui extra castra autem in locum mundissimum
efferri. idest pervenire ad statum iudicium. Illud enim extra castra est
prius seculi. Et locus est mundus quia ab omni corruptione est futuri
seculi iudicium. Sed quid est quod addidit: Ignis autem in altari
semper ardebit quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane
per singulos dies. Quemadmodum ergo materia ignis est ligna, mane
autem ea iubet apponi sic nobis sit materia subministrationis per
divine legis testimonia. Et sacrorum eloquiorum meditatio. Et ideo super
esse ligna diximus. Ergo hec mane illuminare apponere debemus
idest in vigilantia et sobrietate anime. Non solum enim nobis in
die sed in nocte idem non solum in tempore sobrietatis, sed et intelligibili
nocte de qua Paulus dicebat: Non sumus dormientes sicut et ceteri
non habentes spem sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt
et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Ignis sufficit administrationis per
in quo ordinari oportet intelligibiles hostias et adipem sacri-
ficiorum que lxx salutarem ediderunt quia per adipem desiderium
significari interpretatorum seu in salutari sacrificio diximus. ut
desiderium salutationis afflat seu deducat. Quis spiritum totius fi-
nitatis est spiritualis nihil materiale habens intellectum inserere nec-
tenemus ad quod nos legislator notans. Ignis autem iste est perpetuus
qui numquam deficiet de altari. Spiritus enim est deus et qui ado-
rant eum in spiritu et veritate oportet adorare. Unde et intelligere
altare quod est Christi corpus inextinguibile habet ignem subministrationis
spiritus. Hec est lex sacrificii et libaminum que of-
ferent filii Aaron coram domino et coram altari. Tollet sacerdos
pugillum simile que conspersa est oleo et totum thus quod super
similam positum est adolebit quod illud in altari in monimentum
odoris suavissimi domino. Reliquam autem partem simile comedet
Aaron cum filiis suis absque fermento et comedet in loco sancto
atrii tabernaculi. Ideo autem non fermentabitur quia pars eius in
domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit sicut pro peccato atque delicto.
Mares tantum stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sem-
piternum in generationibus vestris de sacrificiis domini. Omnis qui
tetigerit sanctificabitur. Meminimus beatum Paulum dixisse eadem
dicere michi non pigrum nobis autem necessarium. Eandem intentionem
in presenti loco habere legislator videtur reiterans que semel
exposuit. ut multiplici et repetitione mandati legentes ad
memoriam revocaret quatenus autem per repetitionem legis ne-
cessariorem redderet lectorem. Interponit aliquid amplius cum gratia
necessarium hoc mandatum et inexcusabile omnibus existet. Er-
go in precedentibus de holocaustis sacrificia recedunt premissis

Marginalia: atque (right, beside line 9); i. Thessa. v (left, beside line 23); Johannis iiij (left, beside line 32); l. fermentabitur (right, beside line 39)

I
eis assiduitatem. Ipsius est enim ut ignis qui in altari est semper ardeat.
numquam deficiat. Sic et nunc cum sacrificium deduxisset ad me-
dium per quam significaret theologia in huius libri exordio demon-
straturus addidit. Quia oportet ea edi in loco in loca tantum sancto
et amabilis. Non autem ubique aut etiam ab omnibus comedi de qua
inde qualia etiam nunc precipit. Hec est lex sacrificii et libamentorum
que offerunt filii aaron coram domino et coram altari. Hoc ergo
de quo nunc sermo est filii aaron id est sublimes in sapientia homines
soli offerre debent coram domino id est secundum quod dei voluntas est
non superflua in divino eloquio disputantes. Sed quecumque nobis
christus revelavit. Hoc enim intellige quod ait: coram altari. quia
altare esse humanitatem unigeniti demonstratum est. Ergo in his theo-
logia constituamus in que nobis mentibus tradidit dominus ut pa-
trem in eo et ipsum in patre cogitemus et de spiritu sancto sentiamus
quia et ipsus est filii et a patre procedit. Hec enim nobis sufficiunt
ad theologiam que iuvat et salvat. Alia autem quesita querere
reus non presumendo excedat ab intentione mentis et peccat.
Unde etiam nunc legislator subdidit. Tollet sacerdos pugillum
simile que conspersa est oleo et totum thus quod super simila-
posita est adolebitque illud in altari in monumentum odoris sua-
vissimi domino cum elemosina et oratione. Hec enim significant
per oleum et thus quibus necessario theologia indiget
extrinsecus siquidem adiutorium ut non excidant a veritate qui
de deo loquuntur necessarium habent hunc in monumentum intelligi-
bilis sacerdos christus pugillum tollit quia summa scientie apud
eum permanet quod in monumentum quidem est quia imperpetuum erit per
mansuram memoriam. Neque enim quemadmodum ea que nunc et
in ista scientia per partem destruuntur quia quando venit quod perfectum
est quam nobis institutum. sicut ait paulus. Destruetur quod 1. Cor. 13
ex parte; sic erit et ea que apud christum est quam nobis in futuro
contulit ut perfectionibus tunc efficiendis designavit. Illa enim
hic posita esse existimata sine oblatione et in memoriam manet
Sicut autem que totius summa est sapientiae pugillo sumitur
quia per singula capita pugillum per moysen in libro
Exodi per filios israel iussit deus offerri. Itaque summam cogi-
tationis et perfecte scientie esse apud christum legislator innuit
Quid autem hiis subdat intende. Reliquam autem partem
simile comedet aaron cum filiis suis. ut non ex toto
theologia essemus. per quos summa scientia institutum assignatur
Tunc autem nobis ab eo relicta est id est tradita. Hanc come-
dere nos iubet scientiam et operari; Digna nobis et preceptum
est quecumque nobis sufficientis est et infra mensuras invenire Sed
intuendum ubi hanc et quomodo oporteat operari. Sequitur
Absque fermento et comedet in loco sancto atrii tabernaculi; non
in cogitur cum fermento quia non vult nos verbum dei; neque
secundum iudaicam doctrinam neque secundum gentilem sententiam
loqui. sed ut munda sit absque presumptione et absque omni fer-
mento. Comedi autem illam in atrio tabernaculi testimonii
precipit id est operari in ecclesia Tabernaculum enim testimonii

celum est. in quo quod habitet deus scripturam testatur. Atrium autem ta
bernaculi testimonii. idem celi ecclesia est. non solum sicut introitus
et vestibulum celorum. sed etiam quemadmodum domus dei. Ibi ergo idem est
ea oportet omnino de divinitate loqui sive theologiam exercere. In
ecclesiis enim ait benedicite dominum. Si quis autem in domo ecclesiam habet
Rō. xvi Ait quippe paulus. Salutate [illegible] et domesticam eius ecclesiam
Habet autem quis domesticam ecclesiam. quando semetipsum sanctificavit
deo et a secularibus cessavit negotiis. Hic etiam divinis de deo loqui
sive theologiam exercere potest. tales sunt quibus precipitur de sacrificiis domini
id est loqui de deo vel theologia de donis et oblationibus datur. De
quo subdidit Sempiternum erit. Circa sancti scilicet contemplacionem
possident. Subdidit autem Sicut pro peccato atque delicto. Similiter
volens ostendere pro peccato et pro delicto sacrificio. Sermo enim de deo ma
xime ad correptionem et emendationem anime habetur. quando alios et
theorice. demonstrare videlicet et omnium sacrificium verbi dei id est theo
logie coniungitur. sicut quod hic legislator offerri precipit. Non sem
Pro. xv per hoc iubens. sed quia elemosinis et fide mundantur peccata. quemad
modum Salomon in proverbiis dixit. Mares tantum stirpis
aaron comedent illud legitimum sempiternum est in generationi
bus vestris de sacrificiis domini. Non enim omnium est de deo disputare
sed talium qui nihil femineum nihil fluxum in cogitationibus
habent. quod legitimum eternum in generationibus cum id est in perpetuum
custodiri precipit. ut in omni tempore intendam nulli atque de deo
disputare presumere quidem per garrulas declamationes diffluentes
vel seculares alias phantasias a masculorum excedunt digni
tate. ne ex nobis dicatur peccatori autem dixit deus. Quare tu enar
ras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum.
Concludit autem hanc legem ultima sequentia. Omnis qui tetigerit
ea sanctificabitur. Tangit autem qui apte hoc presumit agere. et hic in
se sanctificabitur. Omnis quippe dei cooperator sanctificatur prestat
j. Thi. iiij quod testatur paulus dicens. Omnis creatura dei bona et nihil
reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum
dei et orationem. Sed cum dicit tangentem sanctificari plane credit
quia in disputando de deo id est in theologia sufficit nobis certum
tantum tangere quemadmodum ignem qui multi tales fieri comburuntur
Nam si interius mittat mittat manum. pro eo quod potuit
tales fieri comburuntur. Sic et qui presumunt vel altius de deo
disputare presumit pro eo quod gloriosius quid multum audacter blasphe
mias eructat cum comprehendere altitudinem divinorum dogmatum
non possit. Et locutus est dominus ad moysen dicens. Hec
est oblatio aaron et filiorum eius quam offerre debent domino in
die unctionis sue. decimam partem ephi offerent similam in sa
crificio sempiterno medium eius mane. et medium vespere que
in sartagine oleo conspersa frigetur. offeret autem eam calidam
in odorem suavissimum domino sacerdos qui iure patri successerit
et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum
igne consumetur. nec quisquam comedet ex eo. Omne sacrificium
quod ad sacerdotes refertur preter unigeniti sacrificium sicut [illegible]
[illegible] demonstrat legem. Ait enim Et locutus est dominus ad
moysen dicens Hec est oblatio aaron et filiorum eius quam of
ferre debent domino in die unctionis sue. auctorum quidem sacerdo
tum hec donum est. Ait quippe aaron et filiorum eius Sed
uno unctio offertur. quia omnis sacerdotii imago et

d' [struck through]

firmitas sine substancia xpi sacrificium est. Ipse enim solo oblato
pacturus et unde actum est, inde vnccionis eius ide tempore quo incarna- est
tus est. Vnctio enim inungenti persona medicina dicitur. De quo ait | l. actuum x
petrus. Ihesum nazarenum quomodo vnxit eum deus spiritu sancto et virtute
l. Hec vero quomodo aut unde facta sunt gabriel marie dixit. Spiritus | l. luce p°
sanctus superveniens super veniet in te et virtus altissimi obumbrabit
tibi. Vnde et dauid dixit. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo le-
ticie prae consortibus tuis. Aptissime interpretans quod esset sanctificacionis
oleum. quia non est simile huic oleo quo omnes sacerdotes et re-
ges et prophete vngebantur; propter quod ait prae participibus tuis, id est super
participes tuos; participes autem eius aiunt propter carnem aut propter
spiritus communionem facti sunt. Vnde paulus ait. Participes autem | l. Ebre 7
xpi effecti sumus, tamen si inicium substancie eius usque ad finem
firmum retineamus. Qualem ergo oblationem cum sacerdos vnctus sunt
post incarnationem videlicet legislator afferri precepit. Decimam
partem ephi afferunt simile in sacrificio sempiterno medium eius
mane et medium eius vespere quae in sartagine oleo conspersa frigitur
frigetur. Et decimam quidem ephi similae esse virginem humanitatem ti-
[?] insuperioribus ostensum est. cum et ephi utpote mensuram tres me-
suras capientem trinitatem esse recte diximus. Si autem ephi diuini-
tas esse et ephi ut et diuinitatis super eminentia demonstret diuinitate
carnis cum ea inseparabilitas. hec melchisedech in sacrificium | l. Ebre 7 x
perpetuum est; Vna sicut ait paulus. Vna enim oblatione
consummauit in sempiternum sanctificatos. Vnde et saluare imperpetuum
accedentes per semetipsum addens Medium autem eius mane et
medium vespere. Hinc passio incipiens. Ex quo enim in atrio Cay-
phe alapis cedebant alligatum usque ad vesperam protelata est;
tenebris enim eam interpolantibus. Et a sexta hora usque
ad nonam factis necessarie sacrificium in mane et vespere diuidi-
tur. Hec autem in sartagine oleo conspersa frigetur; sartagine
diuini cruce utpote forti et nichil altitudine humanorum pectorum
lesum a tipi operam. Hec etiam super impositam diuinitatem carnis
et [?] hominibus reddidit. Nisi enim super imposita fuisset
tunc. nos corpus xpi nequaquam iniustice [?] percepissemus. Hec
in oleo conspargitur quia cum nobis compassus est. impassi-
bilis passibilem sustinuit carnis. addidit autem Et conspersam
quod lex sic edixerunt; conspersa afferetur eam; buccellas sacri-
ficium bonum odoris domino odorem. conspersam eandem dicentes
et buccellas. Et buccellas quidem diuisse intelligitur utpote
multipliciter procedentem, ipse passiones partes premeteres
Conspersam autem utpote in vnum collectam. Vnde pro buccellis
simmachus dilatatam edidit. Quedam autem ante grasa dictam
habent id est complexa quia inuicem sibi coherent passiones
domini; vnde eadem et ex partibus seu constacionibus secundum pro-
dictam lex edicione esse ait legislator. has constacionibus precedentes
~~[illegible]~~ partes passiones intelligens. Dominum autem hoc
sacrificium est suauissimi odoris domino. Humana quippe
genera salutem prestitit. hac autem deo ut patre creatori
nature nichil est suauius. Ad maiorem autem explanacionem

Cophi quid sit

Sartago crux x

quod unigeniti sacrificium significet intende quid subdidit: Sacer
xpi dos qui patri iure successerit, quia lex iam ceciderat, sacerdos unctus
pro eo ex filiis eius faciet eam. Quia quidem Christus est Ihesus Paulus probat
dicens: Nobis unus dominus Ihesus Christus per quem omnia. Quia non per
1 Cor. viij aaron est non in loco ipsius. sed pro eo translato iure iudicis sacerdotii
manifestum est. Ex eo quod ipse sacerdotium suscipiens illius sacerdotii
ministerium cessare fecit. Sed et quod ediderunt ex filiis eius esse: ex
Hebre. vij eius filiis iuste creditur utpote qui ex Iacob femoribus descendebat
beatissime genitricis domini ex eadem tribu linea descendente; adiciunt
~~[struck]~~ quia predicta lex lex perpetua est domino; quod unius Christi sacerdotium
recte intelligitur quia ipsi dictum est: Tu es sacerdos in eternum secundum
Ps. cx et Hebreo. v° ordinem melchisedech. Similiter et quod ad conclusionem legis huius
sequitur intendendum est: et tota cremabitur in altari. Omne enim
sacrificium sacerdotum igne consumetur nec quisquam comedet ex
eo. Quid ergo per hec contestatur nisi ut non dicatur de omni
quia hic qui ex muliere natus est passus est. Qui autem descendit
de celo. passus non est. Nobis enim unus dominus Ihesus Christus per quem
omnia. Quem et hi qui crucifixerunt non cognoverunt cuius esset di
gnitatis atque virtutis. Si enim cognovissent numquam dominum glorie
1 Cor. ij crucifixissent. Ipsius ergo est ibi intellecta passio que provenit
in carne. Quamobrem tota cremabitur in altari. Ipsius ergo est
qui semetipsum totum exinanivit et formam servi accepit et ha
Philipp. ij bitu inventus est ut homo. Humiliavit semetipsum obediens
patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Sic ergo intelligis
et hoc quod dicitur: Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur
nec comedet ex eo quisquam. Eandem quippe etiam hec virtutem
atque intentionem habent. Unde omne sacrificium igne consumetur. Et
lex dixerunt holocaustum fiet. integrum erit, aquila edidit. Non
ergo comedet ex eo quisquam idest non dividetur quia divinum est
dividi et parti cibos cum aliis manducari non possunt. Christi
autem sacrificium indivisibile demonstratum est. et pro peccato comedi
non fiet. Locutus est dominus ad moysen dicens: Loquere aaron
et filiis eius. Ista est lex hostie pro peccato: in loco ubi offertur ho
locaustum immolabitur coram domino. sanctum sanctorum est; sacerdos qui of
fert comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. quidquid teti
gerit carnes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa
lavabitur in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta est confringetur.
Quod si vas eneum fuerit defricabitur et lavabitur aqua. Omnis mas
culus de genere sacerdotali vescetur carnibus eius, quia sanctum sanctorum
est. Hostia enim que ceditur pro peccato cuius sanguis infertur in taber
naculum testimonii ad expiandum in sanctuario non comedetur sed
comburetur igni. Quia non sunt eadem sacrificia. repetit superius
dicta. quod et in primis demonstratur. Locutus est dominus
ad moysen dicens: Loquere aaron et filiis eius. Ista est lex
hostie pro peccato vel pro peccati; sic sequentes Theodotion et Symmachus
ediderunt. Que est autem hec lex: in loco ubi offertur holocau
stum immolabitur coram domino sanctum sanctorum est. Propterea aaron
et filiis eius predicta mandantur quia offerre pro peccato sacrificium,
idest primatus sublimium et summorum est. atque altera sublevatorum

quod non constat nisi a malo recessio. Ergo ubi holocausta immo-
lant ibi et que pro peccato sunt occidunt. Quia qui offert penitentiam iam
imitatur eum qui totum semetipsum obtulit deo et omnimodo re-
cessit a seculo. Unde et holocaustum eius appellatur consummatio
et utrumque oblacio in conspectu est domini placita non est deo quando
secundum eius intencionem offertur. Sicut autem placita deo sancta sancto-
rum recte appellatur. Si enim non esset sancta sanctorum penitentie satisfactio
nunquam penitentem intro dixisset in sancta sanctorum. Cum qui peccatum
inde prius expulsus est, sacerdos qui offeret comedet eam. Prius
expulsus est qui offerret autem. Hic autem christus est qui nostra peccata
suscepit recte quam nostram offert penitentiam. Quamobrem et theodo-
tion pro eo quod est offerens expians edidit, id est emundans, et
per sacerdotem seu ministerium perfectum faciens eum qui emundatur.
Et quomodo eam manducet sacerdos a loco cognosce in quo co-
medet in loco sancto inquit tabernaculi ~~testimonii~~. Atrium autem
tabernaculi testimonii ecclesia est; ipsa quippe ante celum
atrium tabernaculi testimonii est ubi christus penitencium salu-
tem operatur que salus eius cibus appellatur. Meus
nam cibus est inquit ut faciam voluntatem patris mei. Voluntas
autem eius est ut peccator convertatur et salvetur. Insuper ait Omnis qui
tetigerit carnes eius sanctificabitur. Carnes autem penitentie intelligimus
ieiunia vigilias et cilicii vestimentum cum lacrimis oracionem eleemo-
synam. Reliquis enim consistit penitentia quae qui tangit recte sancti-
ficabitur. Et si de sanguine illius vestis fuerit aspersa lavabitur in
loco sancto. Sanguinis penitentie species baptismi est. Quia sicut
vita omnis carnis sanguis est, sic et penitentie domini baptisma.
Omnis enim qui agit penitentiam si non percepit baptismum inutilis
ei est et sine aliquo lucro penitentia mortificationis et certaminis. Quia
veterem peccati hominem non aliter quisquam nisi ablucione regenera-
cionis deponit. Quod si dicis et quomodo qui olim baptisantur
homines penitentiam agent, cognosce quia unius precedentis bapti-
smatis operatur et in ea que post ea acta fuit penitentia. Hec ergo est
intencio legislatoris quia quemadmodum qui comedet carnes pre-
dicti sacrificii quamvis oblacio altius sit sanctificatur. Per hoc autem
ostenditur quod et is qui non egerit penitentiam non sanctificabitur. Si quid
egerit homo penitentiam agens sanctificatur. Similiter vel si multum
peccavit quispiam baptisatus fuerit qui nec dum forte
peccavit mundatur; et quid ei est opus mundacio. Ad hoc ei opus
est quia nemo est mundus a sorde. Nam licet unius diei vita
eius sit super terram sordem tamen quam ex cadem successionis et generatione
traxit retinet; et ideo eum quia sanguine penitentie aspersus est non dixit
sicut immundum lavari. Ait enim Si de sanguine illius vestis
fuit aspersa, id est caro. Ipsa est enim vestis interioris hominis
que aspersa fuerit vestis lavabitur in loco sancto. Id est hoc ipsum quod
aspergitur lavabitur, quod non maculam est aspersione. Si enim
ibi esset utique dixisset vel adiecisset illud; sed hoc quod
effertur ad ipsam aspersionem lavationem appellavit in loco sancto
scilicet in domo ministerii sacerdotalis specie, quod si quis foris lotus fuerit

+ vel sicut lxx ediderunt in atrio thabernaculi testimonii

Iohannis iiii

Sicut sunt ubique paganorum aspersiones non lavant, quia non
in loco sancto asperguntur neque abluere suscepit. Hec quia legislator
baptismatis sermonem volens introducere dixit; evidenter autem
remissio est gratiam penitentie sine baptismatis. Unde Johannes
primus predicare incipiens in predicatione sua inserebat baptismum
ut videlicet misterio penitentie in baptismate habente sibi... sed ad
ea que subsequuntur procedamus. Vas autem fictile in quo cocta
est confringetur. Quod si vas eneum fuerit, defricabitur et lavabitur
aqua. Videndum est autem vas fictile, et ubi iacens Paulus ostendit
tum dicit: In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argen-
tea: sed et lignea et fictilia. Et quedam quidem in honore, que-
dam autem in contumeliam; in contumeliam videlicet ea que sunt
fictilia; magnam autem domum utpote que domus est ecclesiam intellexe-
rit in qua aurea vasa et argentea iusti sunt, fictilia vero peccatores
sunt. Dixit quippe et Ysaias de illius: Hemet contritio eius
et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione per-
valida et non invenietur de fragmentis eius testa in qua portetur
igniculus de incendio, aut hauriatur parum aque de fovea.
Ergo quia vasa in quibus carnes sacrificii coquuntur in templo
dei quedam infirma vasa fictilia apertius nobis ostenduntur
quicumque est in templo vas fictile, id est infirmus quispiam et
sordidus, et qui in peccando consuetudinem facit, ut ex hoc re-
clamator peccatorum vas contumelie nominetur. Certe sacrificio per quod
peccatorum dispensatur remissio, propterea confringitur sive conteritur
quia cum esset infirmus, bona male recepit. Videns in peccata
dimitti putat semper licere peccare, et ex eo quod innatur altera
lesio et contritio infirmitatis invenitur altius. Verumque autem
fortis est ut es, et enigmate (?) peccati non habens, in coctione pe-
nitentie non conteretur neque confringetur; sed defricatur
sive detergitur, id est diluitur, et quoniam diluitur aqua lotus. Vi-
dens in alium penitentem mollitur ad compunctionem, et mundatur
aqua lacrimarum lotus. Fiunt autem altius prima coquinis vasis
que in templo sunt constituta dicitur, quia hi qui agunt
primam necessariam ad interim habent orationem populi, quibus
attestatur Iacobus dicens: Confitemini alterutrum peccata vestra
et orate pro invicem ut salvemini. Omnis masculus de genere
sacerdotali vescetur carnibus eius quia sanctum sanctorum est,
id est hoc quod pertinet ad primam actionem forti non opus con-
sensu et virili intentione nichil femineum neque fluxum
habente, magenda prima. Nota autem quia sacrificium
quidem eum qui offert, sacerdotem dixit comedere; carnes
autem sacrificii omnes masculos de sacerdotibus, id est omnem de co-
gnatione sacerdotum masculum; quod videtur esse contrarium
aliquomodo, nisi competenti expositione solvatur. Unde nobis re-
dentem intelligis Christum ipse autem nostram offert primam ipse
autem et comedit, quia sibi salutem peccatorum habet. Carnes
autem sacrificii que pertinet ad primam, omnis masculus de
sacerdotibus comedet; id est omnem fortitudinem gerentes ex
tribus cum recte dicitur: Viriliter age et conforter cor tuum et

l' in psalmus

Marginal notes: in Marc (?) · ad Thi ii° · ysaie xxx · Iacobi ultimo

sistine domini. Et hec quidem ita se habeant. Sed intuendum est quem
ad subinfert dicens. Hostia enim que ceditur propter cuius sanguis sub
infertur in tabernaculo testimonii ad expiandum in sanctuario non
comedetur, sed comedetur? comburetur igni. Et cuius sanguis propter in
tabernaculo testimonii ad expiandum seu deprecandum offertur vi-
tuli scilicet congregationis sive synagoge, et idem vituli propter pon
tificis. Hoc enim plenissime superius dixit. Nulla ergo ita sacrificia
multis probationibus ad Christum ostendimus pertinere; recte ea comedi non
precepit sed igne comburi. Nos enim peccata per que sibi unusquisque
remissionem peccatorum perfligit per rem in Lazari gratia aut in filiacio
vel aliquam similem conversationem. Unde et hec ipse carnes penitentie
dicuntur. Non ergo per hec Christus communis peccati, idest huiusmodi qualis
quod prius significabat et summi sacerdotis persona, qui quia post
populo facit ipsa utique ipsi peccata patit remissionem. Sed aucto

CVII

ritatem et virtutem propter diminutionem. Christi enim passiones per
quas nobis remissio prebetur. Non hominis cum quippe puri sed de
sint imitati. Propter quod eum est esibilis hominibus sed igne con
sumitur quia solius dei est remissionem cum prebere pro plas-
mati, quem per ignem significat. Deus enim noster ignis con
sumens est. Hec quoque lex est hostie pro delicto. Sanctum sanctorum est.
Idcirco ubi immolatur holocaustum mactabitur et victima pro de-
licto, sanguis eius per gyrum funditur altaris. Offerent ex ea cau-
dam et adipem qui operit intestina, duos renunculos et pin-
guedinem que iuxta ilia est, reticulum quoque iecoris cum renuncu-
lis, et adolebit ea sacerdos super altare; incensum est domini pro delicto.
Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his car-
nibus, quia sanctum sanctorum est. Et sicut pro peccato offertur hostia, ita et
pro delicto utriusque hostie una lex erit. Ad sacerdotem qui eam
obtulerit pertinebit. Delictum aliquando quidem cognitum
peccatum vocat, aliquando autem illud quod in ipsis committitur deum,
sicut illud quod in sanctis perpetratur quemadmodum superius osten-
dimus. De his rursus propheta locus dicit: Manifestum est autem
ex eo quod et Pharisei; secundum quod et lex specialiter dicit arietem
offerri precepit. Sed et in quo communionem habet cum sacri-
ficiis aliorum, et in quo rursus differt subtiliter disputantes
invenimus. Hec quoque est lex hostie pro delicto. In quibus lex arie-
tem specialiter ut dictum est expressius dicens: Hec est lgo arie-
tis propria sancta sanctorum sunt. In loco quo immolabatur holocau-
stomata immolabitur et arietem penitentie coram domino et sangui-
nem ipsius fundent ad basim altaris in circuitu. Hec ergo de-
minima sunt cum sacrificio quod pro illo peccato offertur, hoc quod
ea ibi interpretata. Hic recte postea mittentur. Quod autem his addidit:
offeret ex ea caudam et adipem qui operit intestina duos renun-
culos et pinguedinem que iuxta ilia est, reticulum iecoris
cum renunculis, et adolebit ea super altare sacerdos. Incensum est
domini pro delicto; quod lex sic edixit: et omnem adipem eius au-
feret ab eo lumbulum et omnem adipem quod operit intranea et o-
mnem adipem quod in interioribus et duos renes et adipem
in eis qui est in femoribus, et pinnulas iecoris cum renibus
auferet, et offeret ea ad altare sacerdos hostiam domino

hoc prefixit

i supra

hec nequaquam pertinent ad aliorum peccatorum satisfactionem. Oportet ergo
ea distinguere. Illud autem intendere primo est necessarium, quia delictum
ad deum refertur. Utrumque autem ad deum referuntur difficile sunt veniam — sacerdos
Regum ii° — ita ut Heli filiis dicebat: Si homo peccaverit in hominem orabit pro
eo; si autem in deum peccaverit, quis pro eo orabit? Necessarie ergo auctorem
satisfactionem consequentem deum de quo dictum est: Ecce agnus dei, ecce qui tol-
Johannis i° — lit peccata mundi. Quum in sacrificio diximus in quo solum est
peccata que in eum commissa sunt relaxare. Oportet autem querere quare
non omnis aries in holocaustum sit, sicut et vitulus qui pro populo et
pro sacerdote oblatus est. Et ipse enim figuram gerere sacrificii uni-
geniti comprobatur. Sed ubi quidem quia generalis dispensatio
est remissio et omnis humani generis parta est venia, necessarie
autem Christi sacrificium affertur. Hic autem illud est, quod pro eis fit
quibus sacrificium et remissio peccatorum. Queritur ergo cum pos-
sint fallere? hec in sacrificium Christi suscipi legislator iussit.
Hebr. xii — Que sunt autem hec? Paulus ait: Pacem sequimini cum omnibus
dicens et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Quod etiam
legislator significavit, partem ~~faciens~~ oblationem ~~aut renum et~~
~~pinnule et epatis~~ interiorum. Cogitationes autem sunt intel-
ligibilia interiora, quibus pacem habentibus, pacem cum omnibus
habebimus. Oblatione autem renum et pinnule et epatis
et femorum sanctificationem significat que nobis ordinata est ad sa-
lutem. Nota autem quia quecumque in sacrificio sacrificiorum ea et in
hoc sacrificio precepit fieri, et adipem iubet offerri. Depellit
enim Christus et eis qui gratiam habet peccata fallacie; et adipem
secundum lex et lumbum offerret. Neque enim solum hoc vult, sed
et potest. Lumbus autem utpote forte membrum significat virtutem
duos renunculos et pinguedinem que in testiculis est, ~~vult~~ quippe — vult
maxime penitentis mundari interiorem hominem vult etiam ha-
bere eum et castitatem. Propterea non solum renunculos et aliorum
vel femorum pinguedinem seu adipem offerre iussit. Anima
hec commixtionis mysteria et seminum putantur. Cum his
etiam reticulum iecoris vel sicut lex pinnulam
epatis cum renunculis auferri precepit et offerri cum aliis
in altari hostiam domino. Vult enim eum qui penitentiam agit
concupiscentiam peccati non habere, sed omnem eam auferre
deo. Anima enim concupiscentias sive desideria in epate moveri
dicitur et inniti, quam pinnule propinqua oblata in sanctifi-
catione pacificorum que consecrati fuerunt; hec dicens addidit
pro delicto est; ostendens quia non frustra sacrificium hoc dif-
ferre ab aliis sacrificiis que sunt pro peccatis dixit. Sed quia
pro delicto est, inde in deum tendit peccatum eius. Unde et partem
Christi sacrificii quod pro omni genere humano oblatum est, in
ulla etiam persona accipere necesse habuit. Reliqua autem non
accepit, quia soli oblationi que pro omnibus oblata est com-
petunt. Neque enim sola que predicta sunt vivificanti sacrificio
prestitit, sed et mortuorum resurrectionem et dyaboli condemnationem
et maledicti liberationem, paradisi restitutionem, quorum unumquodque
virtutem penitentis excedit ad cuius supplementum utpote

non sibi sufficiente propter magnitudinem peccati eo qui peccavit pre-
terea omnia sacrificia comprehendit. Reliqua autem eius quod particula
est sacrificio custodiuntur. Participatur autem eo, et iste per quo tunc
sacrificium fit, eciam et ipse ex omni massa sit. Post hec autem dicit
quedam sacrificii pro delicto propria, subdidit que communia cum
sacrificio de peccato habet. Omnis masculus de sacerdotali genere
in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato
offeretur hostia, ita et pro delicto utriusque hostie una lex erit.
Ergo nichil aliud exponere hic aut addere necesse habemus, quia
communia hec esse pro peccato et pro delicto sacrificio audivimus. Sufficiet
autem de hiis que pro peccato sunt in superioribus exposuimus. Sed consumma-
cione eciam huic legi talem super addidit. Ad sacerdotem qui eam
obtulit pertinebit. Christus autem nobis propiciatio factus est; ergo
in ipso omne primum sacrificium ministratur et agitur, et omne quod
ex prima quis consequitur ad eum refertur. Ipsius enim est prima
et pertinent ut nos salvaret advenit, quod manifestum est ex eo quod
dixit: Non veni vocare iustos sed peccatores in penitenciam. Sacer- Math. ix
dos qui offeret holocausti victimam habebit pellem eius et
omne sacrificium simile quod coquitur in clibano et quidquid in cra-
ticula vel in sartagine preparatur eius erit sacerdotis a quo offertur.
Sive oleo conspersa sive arida fuerit cunctis filiis Aaron mensura
equa per singulos dividetur. Non qualiacumque per ea que nunc le-
gimus legislator significat, hec autem sunt in quibus tum per-
scrutantes ut obstupescamus dignum est. Sacerdos qui offeret
holocausti victimam habebit pellem eius. Quid per pellem Job ii
intelligi possit manifeste ostendit hoc quod de adversario de Iob di-
ctum est. Videns in Iob quem ut habundantem omnibus accu-
savit omnem seculi substanciam sive omnia que circa eum erant
deperdidit. Ille autem in sua simplicitate permansit, audiens
a domino: Numquid considerasti servum meum Iob, quia non sit
ei similis in terra vir simplex et rectus ac timens deum
et recedens a malo, et adhuc retinet innocenciam; tu autem
commovisti me adversus eum ut affligerem eum frustra. Cui re- Job ii
spondens Sathan ait: pellem pro pelle et cuncta que habet
homo dabit pro anima sua. Ergo pellis divicias et substanciam
quasi extrinsecus circumdans est hominem. Hinc offerre intelligibili sacer-
doti hii qui volunt holocaustum fieri debent, precipue hii qui
doctrine apostolice crediderunt vendentes substancias suas ad pedes Actuum iiii
apostolorum ponebant. Nam ego pellem pro pelle dixit necessario
divicias et circumstancias quas perdidit salva paciencia que ei
relicta est intelligimus. Pellem autem quia multa circa utilia
sunt paciencie composita sunt que multa acquirentibus se prodest Uter
bona. Pacienciam autem eam maxime que in temptacionibus
est unde et david psallebat: Quia factus sum sicut uter in
pruina iustificaciones tuas non sum oblitus. Quemadmodum
uter a pruina inmaci et confortari dicitur, sic et paciencia vin-
citur tribulacionibus. Propter quod et paulus dixit: Tri- Ro. v

bulatio passionem operatur. Simul et inferius addidit: Passio-
autem probationem, probatio spem; spes autem non confundit. Prima autem
sacerdos offerens nostrum holocaustum est Christus. Ipse enim exhibere
Romanorum xii | corpora nostra hostiam vivam sanctam deo placentem rationabile obsequi-
um vestrum. Primum necessario esse passionem per quam assequimur perditam
consolationem. Docet quia ipse nobis pacienciam demonstravit,
prius eidem dicens: In paciencia vestra possidebitis animas vestras.
Luce xxi° | Johannis xvi | Deinde: In mundo tribulationes habebitis, sed confidite, quia ego
vici mundum. Non solum autem morum dantis, sed et in reperi-
entis pacienciam in passionibus habemus, paulo dicente: Cogitate
autem eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum
contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Propterea
et David ait: Et nunc que est paciencia mea, nonne dominus? et sub-
stancia mea ante te est. Prima autem intelligibile hoc describit
holocaustum, ipse textus ostendit, ait enim: Sacerdos qui offe-
ret holocausti victimam non bovem aut ovem aut aliud aliquod
simile, sed hominis. Ubi enim non alius qui offert sed-
libet his que offeruntur sacrificia considerantur, necessarie ani-
malium mentionem [illegible] facit. Hic autem quia [illegible] no-
lunt introducere, [illegible] dominum sacerdotem posuit. holocaustum hominis
offerentem intelligendum, nostra holocausta solus Christus offert ad cuius
imitationem eorum hostie et consecrationes student. Post hec dixit: Omne
sacrificium quod coquitur in clibano, et quidquid in craticula vel in sar-
tagine paratur, eius erit sacerdotis a quo offeretur. Primum pri-
mum intendendum est, quia sacrificia hec theologie esse virginitatis di-
spensationis diximus, significat virginis partum. Quod vero de
sartagine factum est crucis passionem. Illud etiam quod de craticula
est a morte resurrectionem [illegible] in omnibus reddentes et placationes
quas oportebat adimplentes. Prima ergo hec theologia incarnationis
proximum sunt necessarie sacerdotis affectus eam Christi videlicet nati
et passi et resurgentis est. Secundum [illegible] non [illegible] inferetur
sive oleo conspersa sive arida sint, cunctis filiis aaron equa
mensura per singulos dividetur. Conspersum siquidem in
oleo sacrificium de simila dicit quod nec in clibano nec in sarta-
gine nec in craticula mittitur. Ergo et ipsum esse theologiam dixi-
sed non de domini incarnatione, ut vero ergo omnem theologiam circum-
ferebamus in virginem quantitate. Oportet non nos et de patris
et de spiritu sancto, sed etiam ipsius filii qui ex patre est substantia di-
spensationis propterea non in semetipso portio hoc sacrificium repetivit
sed filiis aaron illud ad theologiam per meditationem pertinentibus
scriptorum deputavit omnibusque equaliter sufficiens, ut non dissi-
milia, sed unus similia de deo sentirent et hoc manifestum est
hereticis de tali prope sacrificio non percipit quia non eadem
de deo sapiunt, sed et minima differentia. Non conspersum autem de simi-
Levit. v | la verbo dicit, quod decimam ephi absque oleo et thure pro pec-
cato offeruntur a non valentibus hircum aut ovem aut par turturum
aut pullos columbarum offerre in sacrificium. Hoc licet et si sacri-
ficii salvatoris significat, tamen quia theologie gratia, sed
causa utilitatis offerentis preceptum est, et hanc filiis aaron depu-
tavit. Oportebat enim ut cum oblatio eadem esset causa autem
eadem non esset, hoc quidem propter theologiam, illud autem propter

+ Et illud quidem quod est de clibano diximus.

paupertatem postulantis pro eo offertur differentiam aliquam sacrifi-
cium habere ut ostendatur illud per theologiam et gloriam que in christo con-
ca. vij ratur quid pro sola utilitate offerentis/ Hec est lex hostie pacificorum/ Le. vij
que offertur domino Si pro gratiarum actione/ fuit oblacio offerent pa-
nes absque fermento conspersos oleo et lagana azima uncta oleo co-
ctamque similam et collirides olei admixtione conspersas panes
quoque fermentatos cum hostia graciarum que immolatur pacificis ex
quibus unus pro primiciis offeretur domino et erit sacerdotis qui fun-
det hostie sanguinem/ cuius carnes eadem comedentur die nec remane-
bit ex eis quicquam usque mane/ Quemadmodum holocaustorum et
peccatorum sacrificia sic et ea que pacificis sive salutari afferunt
reiterant/ sed illud dicens in repeticione memoriam eorum legere
meditantibus inseret Subinfert autem ea que ante non dixit
ut nobis lectio necessaria et non deprivabilis fiat/ Videre autem
illud non superfluum sed et nimis racionabile providit/ hec enim
magnificus legislatoris ubique invenimus/ Hec est lex hostie pa-
cificorum que offertur domino si pro graciarum actione affert sacrificium
laudacionis/ Vides activa quidem solam esse racionalem aut
et activam esse vitam ex hiis que nobis ad pacifica sive ad
salutem sumentibus dedit potestatem habens quia exclusisse
noluerimus eligere/ Quia enim racionale quoddam est sacrificium
graciarum actionis/ sive secundum lex laudacionis/ Audi david per
quem perhibuit sacrificia que secundum legem erant dicentem/ Im-
mola deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua
Audi et paulum ad hebreos scribentem per se Dicit autem Hebr. xiij
Si offerimus hostiam laudis semper deo scilicet fructum labiorum con-
fitencium nomini eius Quoniam dominus iubet illud offerri affer-
et panes absque fermento conspersos oleo et lagana et azi-
ma uncta oleo in collirides panum azimorum coctamque simi-
lam et colliridas olei admixtione conspersas/ quod lxx
ita edunt et similam conspersam oleo in collirides panum
azimorum offerent munera sua super altare laudacionis salu-
taris; panes sine fermento scilicet azimos conspersos in
oleo apostolos libros lagana uncta oleo prelatos intellige
quia illi quidem nimis opulenti/ illi autem/ et si et ipsi
opulenti/ non tamen tantum adminiculant misericordiam
dei/ dum misericordie propter mediocritatem mediorum promisserint mi-
nas Unde et non conspersa oleo lagana sed tantum
uncta esse dicimus/ Coctam autem similam et colliridas olei
+ vel sicut lxx dicunt) immixtione conspersas/ oleo collirides panum azimorum;
Et similam conspersam similam in oleo conspersam/ id est elemosinam theologiam
intelligimus/ Unde et simila propter subtilitatem dicitur
Accipiens in collirides panibus sine fermento munera
sacrificiorum pacificorum seu salutaris precepit fieri In apostolicum
vero ecclesie scriptis/ Apostolicam autem ecclesiam semper maximo
opere est qui saluari desiderat/ Panes quoque fermentatos
cum hostia graciarum/ que immolatur pacificis/ ex quibus
unus pro primiciis offeretur domino/ et erit sacerdotis qui fundet

hostie sanguinem. Lex autem dicit et offeret de omnibus muneribus
suis laudationem deo sacerdoti qui fundet sanguinem salutaris illi erit.
Quid per hec ostendentes quia quicunque homo egerit et vixit
cucurrerit et comprehenderit, sive assecutus fuerit sive adiuto-
rio domini salutem adipisci sive assequi non potest, sicut et paulus
dicebat: Non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Ipse
autem sacerdoti qui fundit sanguinem salutaris id est christo qui ministravit
et qui fecit satisfactionem pro sua conversione primitias iussit offerri.
Attende autem qualiter etiam partem hostie salutaris conclusit:
Quia carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis
quicquam usque mane. Vel sicut lex et carnes sacrificii lau-
dis salutaris ipsi erunt videlicet offerentibus et inquilacione die eo-
nabilis comedentur non relinquent ex eo usque mane. Christus ma-
ne seculi futuri appellat utpote qui totus est lux; et nocti
presentis seculi succedit. De ipso quippe et paulus ait: Nox
precessit, dies autem appropinquavit. David autem: Mane astabo tibi
et videbo quia non deus volens iniquitatem tu es. Non mult-
um de carnibus sacrificii salutaris in mane relinqui, ut non
in impietate vitam nostram relinquamus per quam nos oportet
salvari sciente quia non restat in illo seculo operatio.
Et in memoriam nostram revocantes quinque virgines que dama
sponso vocante veni ad nuptias oleum emere volebant
a nuptiis exclusae sunt. Nichil horum que ad salutem pertinent
nondum manducatum id est non operatum in mane intelligibile
relinquamus. Hoc enim nobis Salomon in proverbiis dicit: Ne
dicas: vade et revertere et cras dabo, cum statim possis dare.
Neque enim scis quid pariat supventura dies, ne forte aut
ad diem tuam tibi non potestas nec tuam nec aliam salutem
operari. Sequitur: Si voto vel sponte quispiam obtulerit ho-
stiam, eadem ~~similiter~~ similiter edetur die; sed et si quid in cra-
stinum remanserit vesci licitum est. Quicquid autem tercius invenit
dies, ignis absumet. Si quis de carnibus victime
pacificorum die tercio comederit, irrita fiet oblacio; nec pro-
derit offerenti, quinimmo quecunque anima tali se edulio con-
taminaverit prevaricacionis rea erit. Caro que aliquid teti-
gerit immundum non comedetur sed comburetur igne. Qui fuerit
mundus vescetur ea. Anima polluta que ederit de car-
nibus hostie pacificorum que oblata est domino, peribit de
populis suis. Hec lex ad primam quidem faciem quia videtur
precedentibus; sed non ita ei destructa quippe nimis in-
telligere oportet, quia voluminis habens sex formarum honorum
decte vivilis et differentibus questionibus ad significanda
ea que describuntur in sterna usa est. Si voto vel spon-
te quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die,
sed et si quid in crastinum remanserit vesci licitum est.
Quicquid autem tercius invenit dies, ignis absumet.
Omne quidem sacrificium pacificorum pro salute sponte

tamen est unde illud in fine[?] una superiori parti libri huius legislator
asscripsit. Sed gratiarum actionis sive laudis sacrificium quamquam spe
cies oblationis eius que nunc dicta est sit. tamen quia rationale
quoddam propterea in lege voluntarium non habet additum. quia
enim sine dubio rationales sumus debitum quoddam modo principium cre
atori rationale sacrificium debemus propterea in eo voluntarium reticuit
~~tentum~~ non illud excipiens a voluntariis. Neque enim propter
sed nec expressione oblatum conductum tantum aut tacet quead
modum diximus voluntarium sive spontaneum ut cum plenius hoc
videlicet quam rationales sumus debere nos deo rationalia sacrificia
intelligamus. et cum eius studiis adhereamus. Sed quod illud in qua
die offertur comedatur ait. Hic autem in quacumque die offeretur
et in crastino comeditur nec hic dictum est. Aptissime enim et
hoc quod diximus crastinum denunciatum presentis seculi est. Sed dicet
quidem quod testatur iacobus dicens. Ecce nunc qui dicitis ho | Iacobi iiij
die et crastino ambulabimus in illam civitatem et negotiabimur
et lucrum faciemus. et quomodo non invenimus ubicumque scriptura
crastinum assimulatum futuro seculo. Sed dicet quis quod presens seculum
hodie quomodo david dicit. Hodie si vocem eius audieritis noli
te obdurare corda vestra sicut in exacerbatione. et rursus paulus | Ad Hebreos iiij
Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie
cognominatur. Dicitur autem et eras non tamen omnino ad ante dictum
hodiernum. sed quia presentis seculi non eodem sunt tempore spa
tia. Sunt in proverbiis aut salomonis. Ne dicas amico tuo vade | Proverbiorum 3[?]
et cras venito. Neque enim scimus de futuro futurum. sed subsequens
presentis vite tempus propter quod dixit. Neque enim scies quid pariat
superventura dies. id est ne forte in ea moriaris aut aliqua
impediaris causa. quod utrumque in presenti seculo contingit non in
futuro. Unde nec ullo modo diem duplicavit unam diem tantum
dicens in sacrificio gratiarum actionis sive laudis. Aut forte hinc
manifestum est. quia his qui rationalem vitam apud se diffi
nierunt et studium quietis veluti maria que bonam partem | Luce x
elegit et ad pedes domini ihesu sedebat. simplex est vita et velox
atque ad sacrificium parata. eis vero qui activam eligunt. non ita sed
laboriosa qualis erat marthe. que turbabatur erga plurima.
Unde et ei duplex tempus propter labores computatur. Nunc legis
lator et si verbis diversis utitur propter opulentiam spe et ut multi
plicia redderet. sicut sepe diximus intelligentie enigmata
a destructa tamen subtilitate non recedit sed ibi dixit. Non
relinquent de eo in mane. Hic dicens in crastino quia
crastinum non significat futurum seculum. Impossibile quippe equalis est
mortuorum resurrectio tertii diei facta resurrectio domini que
mane provenit propter quod et mane seculum diximus significare
futurum. Tunc ergo quod reliquum est de sacrificio pacificorum seu
salutari igne consumetur. Quodcumque enim relinquemus ad
nostram salutem pertinens in operatis est. inoperata enim autem et
hoc quod male operatum est. et ligna aut fenum atque stipu
la facta. Siquis de carnibus victime pacificorum die tertio

Hic autem quicquid re
manserit dies
igne absumetur.
Et diem tertium futuri
seculi indicamus

comederit irrita fiet oblatio nec proderit offerenti quinimmo quecumque anima se tali se edulio contaminavit prevaricationis rea erit. Nec hec frustra preter sanctionem addidit. Sed quia quidam post finem huius vite et mortuorum resurrectionem aliam talem, in terra qualis nunc est describere presumpserunt, mille annorum quoddam seculum inducentes, in quo iterum urbem sensibilem edificabunt templumque eius et que in ea quondam fuerunt secundum Iudeorum restaurabunt et sacrificia offerentur impie, que et filiorum peccatio et delicie quedam cum iusticia sensibili et longe alia conversatio nostra quam ea que nunc est illorum, cum ex mortuis resurreximus. Erit.

Heresis de seculo futuro

Hanc ergo presumptionem de animo nostro removere cupiens: Si quis de carnibus etc. pacificorum die tercio comederit, id est siquis sibi immortalitatem proponat quia post resurrectionem mortuorum reliquias huius vite acturus est et modo quodam comedat predictum in mente iterum cibo phantasia et vanis comedere se. Eo tempore quo comederit impossibile est idest separari huius oblatio non suscipietur, nec reputabitur ei. Nunccium falsa desiderio seculi estimat sibi hinc ipsi dampnum facit aliquorum malorum et pollutam oblationem suam constituit. Non solum autem hoc sed et peccatum sibimet contrahit propter quod dixit: quinimmo quecumque anima tali se edulio contaminavit prevaricationis rea erit, ostendens quoniam et in dampnis bonorum nostrorum et peccato se subicit quicumque non bona de retributione estimat Christi. Non enim sunt corruptibiles retributiones dei nec que semel destruxit illa rursus constituit; propterea non melius (?) virtutes falsa intentione polluit. Unde et dixit: Caro que aliquid tetigerit immundum non comedetur sed igne comburetur. Carnes dicens virtutes ex quibus sacrificium salutare constat, verbi gratia castitatem, elemosinam, iusticiam. Hec ergo si tetigerint immundiciam quippiam, cum forte per superbiam iusticia et castitas ad vanam gloriam et elemosina ex iniusticia fit, igne incendium iudicii futuri. Quod et Moyses et Ysaias dicit: Qui immolat bovem quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus quasi qui excerebrat canem et reliqua, preceptis legis mundati recta conclusio est; qui fuit immundus necesse est. Anima polluta que ederit de carnibus hostie pacificorum que oblata est domino peribit de populis suis. Apte hic yroniam destruxit et ypocrisim. Hec enim sunt anime immundicie, ita ut horum hominum interiorum lupus appellaret eum dominus: Attendite a bestiis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces. Hi de carnibus hostie pacificorum sive salutaris que oblate sunt domino comedentes quia virtutes que a deo possident non virtutis intentione sed fraudulenter operantur pereunt de populo suo ut non iam oves sed lupi nominentur. Et ut manifestum sit quia de grege expulsi sunt. Numquam autem ex grege est hic in partem bestiarum deputatur. Et qui tetigerit immundiciam hominis vel iumenti, sive omnis rei que pollucere potest et comederit de huiusmodi carnibus interibit de.

Ysa. lxvi se dicit

Yronia

Math. vii

De ypocrisi

pplis suis. Non ergo quelibet illum solum modo immundum
esse et carere mult' gratione [?] salutem, siue pacificarum opera
hostiarum et cupit eius esse particeps, sed ut etiam ab aliis
mali cogitatione abstineat, siue cogitationes eius siue ope
ra mala sunt; quia enim rationalis et intelligibilis
est homo recte immundiciam habens eam que est in consiliis
et cogitationibus malicias intelligendum quod manifestat
dominus dicens. Nec dum intelligitis quia omne quod ingre
ditur in os, in ventrem vadit et in secessum emittitur.
Ea autem que procedunt ex ore de corde exeunt cogitationes
male, homicidia adulteria furta falsa testimonia blasphe
mie. Non ea que in actiones sunt dicens: furta aut adul
teria aut fornicationes. Nam hec quomodo de corde exeant sed
ea que in cogitationibus et consiliis sunt. Quia ipsa ma
xime sunt immundicie rationalis hominis. Unde supra quidem
cogitationum malarum dominus mentionem fecit et sic addidit: Hec
autem sunt que polluunt hominem. Communia autem immunda
sunt hi qui immundis et terrenis actionibus occupantur
sed terram intendentes quemadmodum iumenta. Unde et for
nicatores equi emissarii appellantur. Sine omnis terra
polluere potest: quicumque arma et divinationes et precan
tationes vel dies et tempora custodiunt ~~[illegible]~~ magi et bene
fici abhominabiles enim apud dominum omnis qui facit hec.
Forsitan enim communicat quis malis eorum consiliis et a
ctibus; et hic utpote pluribus immundiciis tinctus
non potest ea que ad hostiam salutarem vel pacificorum per
tinent comedere siue operari. Cum enim iussus fuit ea
que ad salutem pertinent agere et communicant operantibus
mala et que ad perditionem pertinent, perit de populo suo id est
de hiis qui saluantur. Nam et alienis communicare peccatis
mortiferum est. Unde et david dicebat et ab alienis par
ce servo tuo. Et paulus thimotheo precepit: Manus cito
nemini imposueris neque communicaueris peccatis alienis
temetipsum castum custodi. Locutus quoque est dominus ad
moysen dicens: Loquere filiis israel: Adipem bouis
et ouis et capre non comedetis. Adipem cadaueris mor
ticini et eius animalis quod a bestia captum est habebitis
~~[illegible]~~ in usus varios. Si quis adipem qui offerri de
bet incensum domini comederit, peribit de populo suo. Ad mira
da est legislatoris sapientia, quemadmodum per enigmata et
parabolas introducit subiectis utilem castitatem mandati
margaritam quasi in pera cauponis littere. Cum
dicere enim adipem bouum et ouium et caprarum come
di non precepit: quorum quoque carnes mundare comestibiles dixit
eorum comedi adipem metuit, nec omnis qui operatur
mandatum quemadmodum est bos nec simplicis qui est ouis

mala

+ et illa polluunt hominem de corde enim exeunt

Matth. xv

xv q. vi c. i. et se

multo magis autem

Deute. q.

xxv q. vi c. [illegible]

i. Thi. iii

nec eorum qui peccatis primum agunt. Per adipem quippe significat
ea que peccatis sunt sacrificia turpium precepit nullus aut
[illegible] immolari. Hoc est horum quod concedit ut desiderium co-
medamus. Ad dominum enim illud deferri et deo offerri iubet quoniam
non sit secundum intentionem humanam sed deo soli conuenientium rei
qua quis expeditius assequitur desiderii. Quod per morticina
et a bestiis captum significatur. Per morticina quidem utpote qui
degerunt per quasdam imprudentias et per superbiam peccati mortem
quod probat paulus de uiduis dicens. Que enim in delicijs est uidua
uiuens mortua est. Per ea autem que a bestiis capta sunt intelli-
guntur hi qui dum negligunt cautelam sui et custodiam captiuati
sunt ab intelligibilibus bestiis comprehensi. Quod ut non patia-
mur contrarius petrus ait. Sobrii estote et uigilate aduersarius enim
uester diabolus sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret. Deus
non concedit adipem comedi. Noxium enim est nobis horum de-
sideriis uti, sed nec deo ea insuper offerri, desiderium enim peccatorum
habet. Per quod precepit habebitis in usus uarios. Transferre
ergo illud ad utilitatem debemus ut aut ad castitatem aut ad elee-
mosinam aut ad iusticiam aut ad quamcumque speciem bone operationis
horum desiderium commutamus resoluentes illud et ad alium modum
diuinantes. Hoc enim est habebitis in usus uarios. Quia et adeps
si ad aliquam utilitatem cuiuslibet conficiendi operis necessarius
est subtiliatur aut resoluitur. Si quis adipem qui offerri debet
in incensum domini comederit, peribit de populo suo. Recte perit qui uel neglig cu-
gens aut alio modo suadens ei cum semetipsum obtulit deo non
ad supernum cultum desiderium habere sed ad placendum sibi. Sangui-
nem quoque omnis animalis non sumetis in usu tam de auibus
quam de pecoribus. Omnis anima que ederit sanguinem peribit de
populis suis. Quia sanguinem animam uult intelligi, sufficienter
superius demonstratum est. Verumtamen iuxta nos assequi altioris dile-
ctionis et nec inferiorem quemquam hoc loco propter altiorem uolatum comi-
tum significant nec peccatorum quibus peccatorum appellans pecora
quod ad inferiora intendunt, comminatur comedere sanguinem idest in
ad eorum operari mortem. Quod autem sacerdotum edicit lex hec non sicut
mouens habitationes propter perhabitationes inferentes conuersatio-
nem [illegible] oportet a malitia committi proximum tam sublimiter
sapientem, qui mediocriter et nullum superius studium habentem
et ut dicitur breuiter et iustum ab ea que est contra peccatorem et
peccatorem ab ea que esse potest contra iustum abstinere malitia ut
nullas illi moliatur insidias. Sciens quia in sanguine peccat
et sanguinem comedit. Legislator indicat et peribit anima hec
de populis suis. Per hoc quod intentionem habet perdendi proximi. Insuper
et hoc intende quia ea que de prohibitis cibis est et tactu in-
mundorum [illegible] infirmantis. Amplius lex interim facit quod
maxime degentibus populo cum esse prohibitionem animalem
hominem manifestabimus, nos enim omnibus his uetitis pollu-
tionibus, a quibus illi recedere precepit. Locutus
est dominus ad moysen dicens loquere filiis israel. Qui offert
uictimam pacificorum domino offerat simul et sacrificium idest
et libamenta eius. Tenebit manibus adipem hostie et pectuscu-

lum

offeratur similiter peccatorum desiderium

Cumque oblata ambobus domino consecrauit tradet sacerdoti qui adolebit
adipem super altare . pectusculum autem erit aaron et filiorum eius . Armus
1\. dexter — quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis . qui
obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron . ipse habebit et armum dex-
trum in portione sua . Pectusculum enim elationis et armum separatio-
nis tuli a filiis israel de hostiis eorum pacificis et dedi aaron sacerdoti
ac filiis eius lege perpetua ab omni populo israel . Vere qui legem [illegible]
dei meditatur nocte et die lignum est plantatum secus decursus
aquarum ut det fructum in tempore suo meditatione irrigatum
legis . que ut non faciat fastidium nec deficiat legens variat
sanctiones . differentes de eisdem precipiens . hoc autem diuine
legis sapientie que in omnibus etiam doctrina hoc operatur . Nam et me- [illegible]
dicina inuenimus modo tempore multa preferentem medicamenta .
multo magis ergo in hoc quod anime profectum et sanitatem prestat
quamobrem iterum huius intendamus sanctionis
Locutus est dominus ad moysen dicens Loquere filiis israel in
quo loco lxx ediderunt . Et filiis israel loqueris dicens . Non [illegible]
est frustra sepius diximus . quia ad plenum sensum ea que tunc
dicta sunt maxime pertinebant . Hinc enim dei legislator memor
non dixit ut secundum lxx editionem loquere filiis israel . hoc osten- sed et filiis israel
dens quia non solum eis . sed et aliis loquitur qui sunt ex
gentibus Communis uero eis hec est secundum spiritum lex . Quid
autem ait . Qui offert uictimam pacificorum domino offerat simul
et sacrificium id est libamenta eius lxx autem offerens sacrificium
salutare domino offeret munus suum domino de sacrificiis salutari-
bus . et quam hoc interpretatio habeat manifestat plane
quod sequitur Tenebit manibus adipem hostie uel sicut
lxx manus eius offerent circa dominum idem ipsum quem-
piam oportet ea que ad pacifica uel salutem pertinent operari
in potestate qui altioris studio animi forte aut cogitat saluari
non potest quemadmodum enim iniquitas iniqui super eum erit . Ezechiel xviii
sic et iusticia iusti super eum erit . Quia autem oportet ho-
stiam celebrari tenebit manibus adipem hostie et pecto-
sculum uel secundum lxx offeret adipem qui est super pectu-
sculum . et primam iecoris . et offeret ea ut imponatur in con-
spectu domini . Pectusculum appellat fidem et confidentiam quia
hec fortitudini connexa sunt . fortitudo autem animalis per
pectus designari solet . Nam dominus ad Iob ita loquitur . Num- Iob xxxix
quid prebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius
hinnitum . Secundum lxx autem addit circumposuisti autem ei omne
armorum genus gloria autem pectoris eius audacia . Quod
enim presumit et audet ex fortitudine confidentia fit . Prima
autem olim de sacrificio salutari precipiebat uentris et re-
num et lumbi . et primule iecoris et adipis et femorum
memoriam fecit . Assumpsit autem pectusculum sed et armum va-
riare indulsit sicut dictum est legislatione volens et tempus
sibi sociare . de eisdem ipsis frequenter precepta dando Ecce

enim vult ea que prius non dixit. Ex posita tenebit manibus adipem hostie et pectusculum. vel sicut lex adipem super pectusculum et pinnam epatis precipiens afferri. pro pinnam. et renes etiam ad aliorum que iam superius dicta sunt memoriam iam nos reducens. Per pectusculum autem fidem designans et considerantiam quam afferri deus vult ab eo qui salvari desiderat quia sine fide impossibile est placere deo. Unde autem hiis addit. Et dabit sacerdoti qui adolebit adipem super altare. Recte diximus enim quia omne nostrum desiderium holocaustum fieri vult. Pectusculum autem erit aaron et filiorum eius. armum quoque dextrum de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. Armum dextrum actiones bone sunt. Ergo ad fidem et actiones afferre oportet eum qui salvari vult. Et quia pectusculum filiis aaron deputavit. tantum sunt. Armum autem dextrum sacerdoti qui magnus est quia solus sacerdos hoc sacrificium perficere potest offerri apte legislator audit. quia bene incipere et proponere bona nostrum est. sive incipere ea operibus autem perficere et ad finem perducere ea que cepta sunt. hoc divine est gratie. propter quod dixit paulus. Non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Bonum enim eius est dirigere actiones. propter quod et brachium dei ipse nominatur. Ait enim ysaias. Domine quis credidit auditui nostro. et brachium domini cui revelatum est. Ut quoniam ergo ipse est verum brachium. recte nostrum armum seu ut lex dixit brachium accepit. Deinde interiorem intelligentiam dilatans legislator subdidit. Qui obtulerat sanguinem et adipem filiorum aaron ipse habebit armum dextrum in portione sua. Christus est enim intelligende. Qui sanguinem pacificorum et adipem id est animas et desideria salutarium affectus. cui est quidem de filiis aaron id est non propter cognationem sed propter propriam dignitatem sacerdos singularis et in omnibus precipuus. in eius portione armus dexter seu brachium dextrum id est omnis bona actio et operis effectus transit.
Recapitulans autem que dicta sunt addidit. Pectusculum enim ~~dationis~~ elevationis seu secundum lex propositionis. et armum separationis tuli a filiis israel de hostiis eorum pacificis. per fidem et actionem oblatione specialem de pacificis seu salutaribus sacrificiis vult. Propterea dixit. Et dedi aaron sacerdoti et filiis eius secundum superius videlicet dictam divisionem. Totius autem huius mandati confirmatio. sequitur lege perpetua a filiis israel. Non est enim tempus quo non fidei et actionis oblationem specialiter deus a filiis qui salvantur accipiat. Paulus quippe ait. Omnes qui in virtutibus polluerunt veluti abel enoch et noe. et quoscumque cum illis commemoravit per fidem.
Hec est unctio aaron et filiorum eius in ceremoniis domini die qua obtulit eos moyses ut sacerdotio fungerentur et que precepit dari eis dominus a filiis israel religione perpetua in generationibus suis. Ea que dicta sunt trahuntur quodammodo ad unctionem sacerdotum pertinere. sed non incongrue de hac disserere legislator proposuit. Quia enim secundum unctionem sacerdotum proprietatem habent ea que predicta sunt sacrificia. sed solummodo eorum que superius ab eo dicta sunt vult ostendere

Ebr. xi

Ysaie liii

De dextera est qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate. ad philippenses ii°

Ad Hebr. xi

dignitate, et que preciosa presunt his qui ea custodiunt; quod enim ait
Hec est unctio aaron et filiorum eius in ceremoniis domini, ad su-
periora hec reddidit ut tu cognoscas quia custodiens que dei
que lex superius dixit ad sacerdotis perficit dignitatem et studendo
ea valeas regale sacerdotium gens sancta dici. Aliter autem nequa-
quam. Hec est enim unctio in ceremoniis domini videlicet ex consecra-
tionibus que in predictis sunt descripte sacrificiis perfecta est. Per quod
addidit Unde que qua obtulit eos moyses ut sacerdotio fun-
gerentur et que precepit omnes dominus dari a filiis israel. Ergo in his
nobis unctionem dedit et in istis nos vocavit deus die qua
obtulit eos. Quando autem hoc qua die unxit eos ut sacer-
dotio fungerentur id est qua die illos ex filiis israel unxit per un-
ctionem scilicet que nunc dicta sunt. Cum enim sublimiores vivunt
seu conversantur, recte enim excellentiores sunt populo. Unde et
nimis oportune legislator subdidit Religione perpetuam in
generationibus suis quibus tu scies, quia mediante hec apud
deum eligitur ut neque dignitate, neque sapientia, neque cognatione
maiorum, neque alia simili extra populo vel plurimus excellere pos-
sit quis nisi ea assecutus fuit que in supradictionibus sunt precepta. Sic
enim quispiam secundum cognitionem christi veri sacerdotis, hunc inma-
culatam et perfectam demonstrant vitam. Sed quia unctione ea que
superius plane dicta sunt intellexit que subsecuntur approbant
Ista est lex holocausti et sacrificii pro peccato atque delicto et pro conse-
cratione et pacificorum victimis quas constituit dominus moysi in monte
synai, quando mandavit filiis israel ut offerrent oblationes
suas domino in deserto synai. Vides differentes consecrationes que
contingunt deo sive perfectum honorem capere qui per holocaustum
significatur sive per mediocrem mensuram que hydmea est que
ad salutem pertinet operari. Sacrificia enim hec pacificorum sive
per oblationem sua acquiruntur sive per oblationem recte esse utilia ut-
pote dignitatem sacerdotalem perstantia lex intellexit. Et preter-
ea die qua unctionis legem moyses in monte synai man-
davit, et iam ea que sunt de sacrificiis subdidit similiter
ea omnia breviter enumerant et commemorant. Nam lxx
addiderunt et consummationis, cum illud in pluribus non inve-
niamus specialiter ubi legislatoris, expressum etiam in ipsa lex
editione. Et quia simile sacrificium nec pro peccato vel holocausti
vel delicti nec sacrificium est salutaris, ut non specie sacrificii
huius aut nomen ignorare mo. In hoc loco sacrificium illud
consummationis appellavit illud volens intelligere unctionis appel-
lationem consummationem. Quid autem theologia perfectius est quam sac-
rificium simile cum oleo et thure oblatum significare docuimus
sed ubi hec constituta dixit in deserto synai. Synai autem
rubus vel temptatio interpretatur. Similis est enim temptatio
apud quippe in... est, quod difficile manu comprehenditur
significat autem per hunc quia quemadmodum certant qui in agone
contendunt omnia in sudore et labore est, per coronam bone

nite in temptacionibus et tribulacionibus consummatur. Unde et
ij thi. iij — paulus dicebat. Omnes qui volunt pie vivere in christo ihesu perse-
cucionem paciuntur maxime si suas oblaciones deo vel sicut
lex edocuerunt in conspectu domini offerant manifestum est autem quia
qui mundam iusticiam et que placita est deo adeptus fuerit
hic et temptaciones patitur et tribulaciones. Alias enim in eo
ligitimus ommia quiescunt per temptaciones iuste desinunt et
ab hominibus perturbacionis pietas finem aut temptacionum et tri-
bulacionum satis satis nobis sufficienter exposuit. Beatus vir qui
Jacobi primo — suffert temptacionem quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite
quam repromisit deus diligentibus se

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum fi- — Cviii
liis suis. vestes eorum et unctionis oleum. vitulum pro peccato.
duos arietes. canistrum cum azimis. et congregabis om-
nem cetum ad ostium tabernaculi testimonii. Que sunt vero pre-
dicta apte et oportune in his que sequuntur audies. quando
legislator subintulit ea que meis agunt. videat Quia
aut hec que nunc dicta sunt ~~dicta~~ sunt significent hec et precedens
sermo tradit. quia unccio christi et his qui eius sunt communis — De unctione
et non communis est. Communis quidem quia eiusdem unctionis
sunt et ipsi participes. quamobrem et nos participacione christi
christiani dicimur. Non communis autem quia in sumna
sublimitate excellit deus hominibus. et gracia in qua ei commu-
nicavit. quod david significans ad deum dixit. Sedes tua deus
in seculum seculi. virga direccionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam
et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie
ps. xliiij — pre consortibus tuis. Sed filii sunt eius participes. nos utique de quibus
dictum est participes enim christi facti sumus. si tamen inicium substancie
eius usque ad finem firmum retineamus. Sumus tamen quemadmodum
proprie exultacionis oleo id est spiritu participibus. utique nos
operacione eius et gracia propterea unguntur secundum substanciam nos vero
filii eius sed non talia meis qualia quidem simul cum aaron
leguntur. Sicut manifestat scriptura. Sed et in aaron sanctione
in presenti figenda est. quod non fuerit hec in christum accipiamus
Sed eius in ecclesiam dicere hec legislator mystica. convocan-
dam eciam cetum sive synagogam precepit. id est per quam ecclesias fieri dicit esse
potest aliter ad hanc legem communionem que synagoga non
conveniat apud quam harum figurarum veritas consistat non habere nisi ad ecclesiam

Fecit moyses ut dominus imperaverat. Congregataque omni tur-
ba ante fores ait. Iste est sermo quem iussit dominus fieri. Sta-
timque obtulit aaron et filios eius. Cumque lavisset eos ve-
stivit pontificem subucula linea. accingens eum balteo et
induens tunica iacinctina et desuper humerale impo-
suit. Quod astringens cingulo. aptavit racionali in
quo erat doctrina et veritas. Cydari quoque texit caput et super
eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificacione

Sicut preceperat ei dominus. Quia hec de quibus sermo est omnibus sunt
et figure earum que in ecclesia aguntur aptissime etiam ipsa que inne-
xa posita sunt testantur. Fecit dominus moyses ut dominus imperaverat.
Congregataque omni turba ante fores ait. Quod greca lingua
in lxx expressius translatum est id est ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΕΝ Τ-
ΗΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗΝ. Et quamobrem non dicit collegit
congregationem sive synagogam. Sed convocavit id est ΕΞΕΚΚΛ-
ΗΣΙΑΣΕ omnem turbam id est synagogam seu congregationem
quia per laudabilis et per hec innuit aliquid synagoga illam
appellans quia hoc nomen primum tertium populi antiquitas fuit.
Convocavit autem id est ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΕΝ precepit ut congruaret
paulo post futuram ecclesiam que hinc invenit sortitus est sermonis.
Manifestius autem fit ex eo quod lex dei qui israel eduxit qui abra- prophetiam
ham vocavit qui omnia fecit que per moysen prophetis traduntur
ea que mystice in ecclesia aguntur ante multas generationes pre-
dixit precepit. Sed et cum secundum lxx superius dixisset convoca ad
ianuas tabernaculi testimonii. Hic autem convocavit congregationem
non ad ianuas sed ad ianuam tabernaculi testimonii ani-
movens aures nostras eundem ex apostolorum doctrine quas esse ia-
nuas tabernaculi testimonii precedens sermo exposuit. ex xpi
doctrina sed exposuit lingua in super et ex hiis ex quibus ipse do-
cuit. Quemadmodum ergo inter multas ianuas et unam ianuam
sola hec differentia quia ille quidem multe sunt illa autem una
est. Sic apostolorum sermones et doctrine multi a xpi doctrina dif-
fert aliud. inquit quia unum divinum verbum est. De quo Ebre. iiii
paulus ait. Vivus est enim dei sermo et efficax et acutior omni
gladio ancipiti. et petrus cum ceteris apostolis. Non est equum Actuum vi
relinquere nos verbum dei et ministrare mensis. In multas eorum
linguas et differentes divisum est. Omnium tamen ianue propter intuitu
domus sunt ad unum intuitu inter id est xpi ianuam reducuntur an-
diorum sunt. Congregataque omni turba ante fores ait. Hic est sermo
quem iussit dominus fieri. Quis sermo ille de quo scriptum david di-
cebat. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. I Petri
Sed et petrus planius ait. Hoc est verbum quod annunciatum est
nobis. Evangelium siquidem divinus sermo est quia et evangelita
sunt ab eo annunciata mysteria quibus et gratia infert baptismate.
Consideravit enim legislator quo rerum ecclesiasticorum mysteriorum
describit enigmata talibus uti sermonibus. Nam et cum de
manna scriberet quod erat figura panis qui de celo descendit.
verbum etiam de eo similiter protulit dicens. Hic est Exodi xvi
panis quem dedit nobis dominus comedere. Et ita subdidit. hoc est
verbum quod locutus est dominus. Sed quid est etiam quod in expo-
nit dicens propere. Statimque obtulit aaron et filios eius cumque
lavisset eos. Quidem ihesus qui vere est sacerdos xpus offertur patri
oblationis eius. Cui etiam daniel meminit cum dicit. Et ecce Daniel vii
ut filius hominis cum nubibus celi et usque ad vetustum dierum
pervenit. et oblatus est in conspectu eius. Nostri utique causa
ꝑ

et nobiscum et pro nobis offertur propterea et nunc cum eum filiis suis ad altare
cum his induitur qui sublimiora sapiunt et qui mentium cum summum sacris
et hominibus. Sicut paulus ait. Imitatores mei estote sicut et ego xpi.
Et oblacio ipsa per baptismum celebratur. propter quod ait. Cum lauisset eos
Lotus est autem a xpo ad sanctificandas aquas baptismatis. Nam in
iordane est fluuio baptizatus. Sed hec quidem communia sunt aaron et
filiis eius. xpo videlicet nobisque. Sequentia vero nequaquam excedunt
super nos atque sublimiora a nobis sunt. scilicet primo ad vos sacerdotum com-
petentia vestiunt que pontificem. bucula linea accingens cum balteo
vel induens tunica quae lex transtulerit. Et induit eum tunicam
et precinxit zona et vestiuit illum ypoditum. hic manifeste vngentum
excepit internitatem. quam quia totum verum incarnatus est. hominem. tunicam
induit et ypoditum talarem. Duplex est enim nostra condicio. et unus quidem
in nobis est deprimere alter celestis. sed tamen unus utique. dicit enim moy-
ses. Et formauit deus hominem de limo terre. hoc est corpus terrenus; et insufflat
in faciem eius spiraculum vite; aptissime hic celestis est. Et factus est homo in
animam viuentem. Homo enim animal utique. Nam sequendo se ad corporea
et voluptates conuertat carnales. totus homo terrenus quasi extincto et
conclusio celesti nuncupabitur. Si autem terra sola conseruat anime presti-
tia. concedamusque et principatum gerere et dominari corpori. Recte celestis
dicetur utpote terreno neglecto. Quando ergo adam per inobedientiam cecidit
paulo dum terrenus effectus est. et propterea audiuit. Terra es et in terram
ibis. id est dilexisti corporis corruptionem. habes penam peccato tuo simile.
Xpus autem induitur quidem terrenum id est illum qui de terra est veterem hominem
quem etiam simul affixit cruci. Ait quippe paulus. Quia vetus
homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati. Indutus est autem
et celestem quem ipse insufflauit. Sed quia nichil egit terrenum hic nec
corruptionem primum paulo dum celestis dicitur. Hoc paulus exponens dicit.
Primus homo de terra terrenus. Secundus de celo celestis. quod duobus modis ac-
cipi oportet. Primus enim homo noster idem corpus ex terra formatum est propterea
terrenus dictus est. Anima non de celo dei. Est enim insufflacio; rursus;
primus homo inobediens adam ex terra terrenus quia operibus pulueris se-
metipsum deputauit. Secundus homo nouus est xpus qui de celo est non solum
quia de celo descendit. sed quia et dignitatem celestem seruauit. Dum nec terre-
im aliquid operatus est. Ait enim. Et facies eis tunicas lineas. ypoditum
autem celestem. quia ypoditis poderis est simul. Est autem et iacinctinus hic
autem color celi est; quoniam est color celi. hoc est actio celestis saluet et saluabit.
Et quod et celestis dicitur. Multa autem et alia ypoditis habet signa.
celestem hominem. que in constructione talia narrat. cum pontificalem stolam
explanaret legislator exposuit. De quibus diceremus. cum deus annuerit
ut eam eamque que illic est dispensacione contingamus. Nunc autem quecumque
ad hoc quod est in manibus necessaria viderentur comprehensa sunt. ut placeretur
quia utique verum xpus suscepit hominem et manifestum et occultum et terrenum
et celestem. id est corpus perfectum et animam perfectam et mentibus intrinsecam.
Vtraque enim utpote vtriusque creator saluauit. Illud etiam intende
quemadmodum ypoditum quod diximus esse celestem hominem. et pandit ut
alii vestibus indueret. quia ipse est quod operamur. secundum quod paulus ait.
super induimur; dicit autem sic. Etenim enim sumus in hoc tabernaculo
ingemiscimus grauati. eo quod nolumus spoliari. sed superuestiri ut absorbeatur
quod mortale est a vita. Quia autem antiquum hoc nostrum corporis
fuit superindumentum et nunc illud utpote quod semel habuimus recep-
tum

nec corrupcioni pr- iorum. Ergo tunicam hic terreni appellauit de limo enim est ex terra tunica facta est

simus in subsequentibus explanat. Nunc autem efficit nos in hoc ipsum — ij cor.
deus qui dedit nobis pignus spiritus. Ypodyma autem illum lex vetus
qui est minus vel ab [illegible] dicunt. Sic tamen quia secundus mor-
dine creationis deductus est cum prima sit tunica que de terra est. Hinc se-
quenter ad quem ypoditis dixit ostendit quia ipse est homo
interior. His legislator addidit: et desuper humerale imposuit
quod astringens cingulo aptavit rationali. Lxx autem ediderunt
et posuit super illum epomidem et cinxit illum secundum aditum epomi-
dis et constrinxit illum ad eam super humerale. Quare Christi insigne
est id est euangelica vita quam sic patre ipse de nostris (?) vere super
humeros portabat de qua ait: Tollite iugum meum super vos — Mt.
et discite a me quia mitis sum et humilis corde. Iugum enim meum le-
ve est et onus meum suave. Unde et lex in exodo: de super humerali — Exod.
sic dicit. Et facies super humerale de auro et iacincto et cocco bis tincto
tincto et bysso retorta ope polimito. Vel sicut lxx opus variatum
epomidas coherentes altera ad alteram. Aliquando unam epomidam
aliquando duas appellans, quia et duas ingessit (?) et antea memoriam
fecit in duobus. Velut dividens tamen divideret epomidam quod — Exod. et deut.
non fecit. Sed quia aperte euangelium homines legis mandatum
quod dixit: Non occides. Non adulterabis. Et si quid est aliud neg-
ari (?) continere. Duplicavit in hec et operationem exhibere, id est ut non — Mth.
solet ab homicidio sed et ab ira que facit homicidium absti-
neatur simul non tantum ab adulterio sed a desiderio ex quo adulterium
paratur. Sic una epomis due quidem coherentes alia alteri invenitur.
Una ne irasci cohibet et brachio (?) reddit ad non faciendum homi-
cidium. Necessarie autem ypodyma coniunxit ephomida. Sabinus (?) y-
celestis hominis ... suscipere est quod Christus dixit. Quod est autem euangelium
que tunicam et ypodyten cinxit ipsum opus dixit. Dicit enim
in tabernaculi constructione: et facies cydarim byssinam et zonam
opus varium. Cidaris enim ornamentum capitis est, opus
autem cinguli sive zone confortare quodammodo et constringere est
eum qui cingitur. Hoc ostendit legislator proposuit, quia Christus
simul creaturam omnem recapitulans sive restaurans simul
eciam confortans nostram massam carnis primicias suscepit mor- — Colos.
tionis dispensare misterium. Sicut ait Paulus: Cum no-
tum faceret nobis misterium voluntatis sue ad dispensationem
eam plenitudinis temporum restaurare omnia in Christo que in celis
et que in terra sunt in ipso. Et David: Dominus regnavit decorem
indutus, induit Dominus fortitudinem et precinxit se. Attamen in-
stans etiam ipse quemadmodum Christus confortavit totam nostram
massam verbo dispensationis constringens permansit. Quia et
appellavit fortitudinem quia per ipsam et nos fortes facti
sumus. Quis autem sit dispensationis modus, Johannes dicit — Johannes
libro eius scilicet est [illegible] cydarim et zonam autem Moyses bys-
sinam esse opus variatum. Byssus enim de terra cum sit, carnem
demonstrat que ex terra nostra est. Opus plumarium dominum verbum quasi artifex

et variatur totius creature. Ipse sibi carne quam nobis suscepta operatus est
varians mira misteria quodam modo et creationis miracula. Post hec
autem subdidit secundum lxx et posuit super eum rationale: et quoniam que-
dam autographa habent super eum, sed utraque eadem respiciunt
quod astringens angulos aptavit rationali in quo erat doctrina
et veritas, lxx autem ediderunt: et imposuit super eum ostensionem et
veritatem. Hoc autem alibi sacerdotale exponentes stolam rationale in-
dicii appellant. Secundum rationale enim Christi idest doctrinam et predica-
tionem iudicii futuri regitur, ostensionem quo idem manifestavit eo
hominibus ignotam misteriorum virtutem. Quatuor autem versum
eius rationale idem ex quatuor generalibus virtutibus et ex duodecim
lapidibus particularibus quodam et specialibus sicut precepit. Que
sunt autem hec utique de quibus scribebat Paulus: Oportet enim
episcopum irreprehensibilem esse sicut dei dispensatorem. Sed quoniam ir-
reprehensibilis idem actus sui mundus et a querela omni liber
sit, hiis que postea sequuntur ostendit: Non superbum, non iracundum,
non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed
hospitalem benignum castum iustum sanctum continentem, amplectentem
eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. Hec enim virtutum
quidem convenit assequi maxime tamen sacerdoti. Si quidem si-
quam gerit Christi, quasi predictos duodecim lapides super pectus
suum portant. Cidari quoque texit caput, sicut secundum lxx
et posuit angulum super caput eius mitram. Sed quia et mitre
sive cydaris operationem non ignoramus, et Christi caput esse
patrem didicimus. Audiamus quod sequitur: et super eam contra
frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificationem
sicut preceperat ei dominus Moysi. Memoriam facit. Sed commemorat nobis
ea que de lamina in tabernaculi constructione dicta sunt volens
illic enim apte eius utilitas et virtus posita est. Enim dicit: Facies
et laminam de auro purissimo in qua sculpes opere celatoris
sanctum domino. Vel sicut lxx: Facies laminam auream puram
et formabis in ea formationem signi sanctitatem domini. Rursum autem
formationem vel quod signum, iam nos docuit. Dicit autem et in
alio loco: Fecerunt et laminam sacre venerationis de auro
purissimo scripseruntque in ea opere gemmario sanctum domini. Secundum lxx tra-
diunt: Et fecit laminam auream [illegible] redemptionem
sancti et inscripsit litteras deformatas signi sanctitatem domino. Sed tamen non
dicit que erant ipse littere, nec enim videre aut audire possumus
illam ergo notam significat etiam formatio de qua Paulus ait: Cum
sit splendor glorie et figura substantie eius. Tam enim multa de
incarnatione unigeniti de hac sanctificatione dicta sunt nos omnia loquentia
de eo putentur ad substantiam incarnati ubi principium deus iohannis
dicebat: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat
verbum. Sublimiorem nos legislator volens mitram sive cydarim
super caput Christi prius memoravit per laminam et scripturam seu for-
mationem sanctificationis maiestatis dei filii qui et sacerdos nobis factus
est dignitatem in principio quam simul cum patre habet manifestatum est
quia exposuit post quam illam et super cydarim seu mitram, et contra

tionem et cum ea / pietate sit ut potest / manifestat eo

t nos frustra eo / quod propter dominus

Tit. 1 — Exod. xxviii — Hebr. 1 — Ioh. 1

faciem mitre sive tyarais imponit. Dicit autem legalibus quia eam vitta vitta
iacinctina sive secundum lxx et super impones super tacincto retorto ia-
cinctum retortum / humanitatem Christi intelligens / pro eo quod inseparabiliter
coniuncta est divinitati et erit super tiaram imminens fronti pontificis.
Vel secundum lxx et erit super mitram contra faciem mitre. Erit quia super mi-
tram quia pater in filio, et filius in patre. Et ante faciem mitre
Qui enim videt filium hic inde et patrem dicitur. Ergo omnis mis-
terio eminent unigeniti explanata est mysterium. Tulit et
oleum unctionis quo linivit tabernaculum cum omni supellectile sua
Sanctificationis aspersis et altare septem vicibus unxit illud et
omnia vasa eius labrum quoque cum basi sua sanctificavit oleo. Ergo
impones multiplicatum et in manibus pollentem assimilans se
ipse ea et que locutus in prophetis dicebat. Ut cognoscetis qui-
bus nolebat facie mysteria quod non per unam imagine. nec per unum
quoddam signum. sed per multa quia et multa operatur maxime pro dis-
pensatam ab eo salutem hominum comprehensibilem eminens et sic non
solum pastor / sed et ovis et sacerdos et ostium dicitur. Pastor quidem
sit qui hominem custodit sive reducit errantem. ovis autem ut qui pro
nobis sacrificium factus est / Sacerdos vero ut qui semetipsum ob-
tulit. Ostium autem ut qui viam nobis aperit fecit. Sic eius
prophetie multi similitudine affert et unctionem huiusmodi tradita sunt
sit in re dispensationibus significaret dispensationum operationem sunt
quia ipse erat qui ungebat eos / ipse qui ungebatur. ungens vero
divinitatis secundum quam et gratia continua cum patre et spiritu sancto ac
ungi dicitur. Nam david patrem ungentem dixit / cum dicit / propterea
unxit te deus deus tuus. Ysaias autem unctorem filii ad spiritum retulit
dicens Spiritus domini super me eo quod unxit me. Que autem pater et spiritus
hec eadem et filius facit / Ergo ratione divinitatis ipse est semetipsum
ungens. et ipse est qui ungitur dispensatione humanitatis / simul
affert et offertur. Unde et daniel illum quidem oblatum videt non
videt autem qui eum obtulit quia ipse erat qui semetipsum offerebat. Ergo
ut salvetur singularem unitas / ungit quidem et offert moyses imaginem
et ipse Christum gerens. De quo videns dicebat prophetam vobis suscitabit
deus de fratribus vestris tamquam me. Quod illius ad semetipsum referens
dicebat. Si crederetis moysi crederetis utique et mihi, de me enim
ipse scripsit. Aaron autem etiam in signum veri sacerdotis ungitur et ap-
ta est illius imago mysterium, aspergit et moyses altare. corpus
videlicet dominicum septies, quia unctio tota est per plenitudinem qui
in septem operationibus designat quemadmodum ysaias dixit / ungit
autem et omnia vasa eius tam apostolos qui eos qui eis intantum
similiter veniunt ut domini Christi et vasa recte nominantur. Sic et dominus
paulum eligens anante dixit, Vade quia vas electionis mihi est
iste ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis
israel. Et ostorium et labrum. sive lavacrum baptisma videlicet cum baptismo
sua, per quam intelligimus primam. Et supposita est autem hec bapti-
smati, quia gratiam eius qua sepe iterum facimus titubare mediator
per inunctione et fulcimenta et tabernaculum cum omni supelle-
ctile sua sanctificavit sanctificationem cum nostra superna quoque ecclesia
participata est. que stetit quidem sunt et anteat, sed in maiorem sanctificationem

crederetis

V. Levit.

V. ps. xliv

Isa. lxi

lev

deutro

V. Ioh. v

V. Isay.

actuum ix

adepta est per carnem divinitatem quam suscepit ex nobis. Non autem ridiculum
iudicatur quod dicimus. Quia ea que in nobis facta sunt sanctificatione su-
perna participata est creatura, postquam concessa nobis in Christo parti-
cipata est gratia quod manifestat Paulus dicens, Ut nota fieret princi- Ephes. iii
pibus et potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapientia
dei secundum dispensationem seculorum quam fecit in Christo Ihesu domino nostro.
Ergo per ecclesiam superior creatura maioris particeps effecta est sanc-
Si quidem eius sanctificatio iuste dicta est. / Quod fundens super
caput aaron unxit eum et consecravit sive sanctificavit. / Et si Christi
caput secundum Pauli vocem divinitas intelligitur. Non frustra- Glosa p°
tur nec extra ordinem in hoc misterio sacerdotis unctio. Nunc caput
legislator suscepit, ut cognoscas quod quemadmodum caput a pedibus
dividi non potest. Sic nec Christi divinitas per unionem althnarte (?) / de unione vi in se (?)
dicimus. Sive ungi dicamus, sive generari sive pati sive resurgere
sive assumi dicamus, hoc incarnationem verbi non dividentes
et dicentes, hominem quidem unctum, deum autem non unctum. Sed deum
eundem simul et hominem. Hoc enim et David sine aliqua dubitatione
probat cum dicit Sedes tua deus in seculum seculi. Propterea unxit te deus deus tuus.
Deus enim dicitur qui unctus est, quia eciam ad carnis sue manifestatio
est quod sibi metipsi qui incarnatus est vindicat, que enim eius erat
unctio nisi omnino ipsa incarnatio / secundum hunc modum caput in-
telligibilis sacerdotis ungebatur et ipse sanctificabatur. Filios quoque
eius oblatos vestivit tunicis lineis et cinxit balteo. Im-
posuit quoque mitras ut iusserat dominus / Tunice filiis aaron similes
aaron et zone seu balthei similes et cydares sive mitre impo-
nuntur. Christum enim induunt cingunt, Christum portant in capite. Unde
et Paulus dicit / State succincti lumbos vestros in veritate. Veritas Ephes. vi
autem Christus. et induti loricam iustitie. Ipse autem eciam hoc qui factus
est nobis a deo sapientia et iustitia. Sed et galeam salutis Paulus
induere precepit. Christus enim salutare est sicut Symeon testificatus
est / Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace Luce p°
quia viderunt oculi mei salutare tuum / Itaque enim Christo in-
duitur per eum et pro eo induitur / Obtulit et vitulum
pro peccato. Cumque super caput eius imposuissent aaron et filii eius
manus suas, immolavit eum. Hauriensque sanguinem et tincto di-
gito tetigit cornua altaris per gyrum. Quo expiato et sanctificato
fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. / Adipem quoque
qui erat super vitalia et reticulum iecoris duosque renunculos
cum arvinulis suis adolevit super altare. / Vitulum cum pelle et
carne et fimo cremans extra castra sicut preceperat dominus / Que
pro parte sanctionis sit vitulus et quomodo unumquodque capitulum
in unguenti sacrificium accipiatur, precedens continet sermo
vituli pro peccato sacerdotis, sed et populi congregatione offerentis
que intelligentes et ea que nunc dicta sunt plene intelle-
ctui sumus. Hoc autem nunc dicimus que sola discretione immu- / de sectione
tata sunt. Ibi non aaron imponere manus vitulo. hic autem
et filios eius non solum hoc custodiens, sed eciam unctos sup-
sit. Quando autem et nos ungimur et offerimur baptismati sa-
lutaris dominice efficimur passionis. tunc gerit imaginem baptisma.

quod etiam docent hec pauli verba Quicumque enim in christo bap- Ro. vi
tizati sumus in morte ipsius baptizati sumus et consepulti
sumus Ergo ei sumus per baptismum in mortem eius Accessuro
filii aaron sacrificio manus hii sunt ei communicantes impo-
nunt obtulit et arietem in holocaustum super cuius caput cum Lev. 8
imposuissent aaron et filii eius manus suas immolavit eum
et fudit sanguinem eius per altaris circuitum ipsumque arietem per fru-
sta concidens caput eius et artus et adipem adolevit
igni lotis prius intestinis et pedibus totumque simul arietem
incendit super altare eo quod esset holocaustum suavissimi odoris
domino sicut preceperat dominus. Non unum nobis tantum preterea sed multa
ex iungentibus sacrificia sunt donata ideo totius generis humani re-
missio iuxta ifi filozophia perfecta est singularis mysterium
novi testamenti introductio ad quorum exemplaria et figu-
ras sacrificia quorum persone assignantur pontificali et offerebantur
maxime umbram celestium per ea que in terris agebantur oste-
dentia. quod manifestat paulus sic de domino dicens Si igitur esset ad Hebr. viii
esset super terram nec esset sacerdos cum essent qui offerrent
secundum legem munera qui exemplari et umbre deserviunt
celestium. Dicit autem eos qui in templo illum tunc immolabat
Alia vero depinxit unum et eundem hominem sedentem curre-
tem et rursus stantem differentes etiam apparitiones volens
exponere varias figuras ad unum quoque eius corpus dimidi-
cere copulat propterea lex sacerdotem in multis imaginem
ferentem domini. Nunc vitulum [illegible] immolare et [illegible]
[illegible] incendere precepit. Sic enim et dominus sacrificium
ad ablutionem nature nostre factum est. Nunc autem cum
ei sacrificium aliud in holocaustum arietis precepit fieri san-
ctificavit enim mundus et renuncians mundo [illegible] quo
est holocaustum christum habet primitias doctrineque et exem-
plum, propter quod dixit Qui non accipit crucem suam et Math. x
sequitur me non est me dignus id est qui sic non renun-
ciat mundo sicut a me ei traditum est hic est enim cum suo
non est me dignus. Et mireris gratia dimidium holocaustum
pedes autem eius et intestina sua secundum lxx ponentur lavantur
interpretes holocaustomatis que in [illegible] libri facta est
sufficienter explevit Quod autem innuitat de sacrificio
hic necessarie dicitur quia ibi quidem partes fieri oblatione
dixit corporis per hec sufficienter et animam debere offerri In
nobis autem hec divisiones utpote que sibi invicem sunt
contrarie secundum quod paulus ait non habent in christo autem 1 Cor. i
non sunt divisiones. Homines quippe mundi a peccato incar-
natus est qui non est divisus in operibus carnis quibus ad-
versatur spiritus propter quod nec divisionem in eo sacrificio lex
memoriam fecit pro. Quod autem intulit quidem in pectore

arietem aut in holocaustum sacerdos offert hoc absolute lex signi-
ficat . ut qua commissa per peccata per holocaustum macules oblatas
cognoscat aries necessario in sacrificium afferatur. Hic quippe du-
catum prebere omnibus euntibus in pascua et ad compascua ingressisque
a rimulis et maculas solet sicut et christus dux presertim commissuris
est a quo incedere super exordium atque ideo intrare ipse et exire
omnibus preparabat. Obtulit et arietem secundum in consecratio-
ne sacerdotum posueruntque super caput eius aaron et filii eius
manus suas. Quem cum immolasset moyses sumens de sanguine
tetigit extremum auricule dextre aaron et pollicem manus eius
dextre similiter et pedis dextri. obtulit et filios aaron. cumque de
sanguine arietis immolati tetigisset extremum auricule singulorum
dextre et pollices manus ac pedis dextri. reliquum fudit super
altare in circuitu. Adipem vero et caudam omnemque pinguedi-
nem que operit intestina reticulumque iecoris et duos renes cum
adipibus suis et armum dextrum separavit. Tollens autem de cani-
stro azimorum quod erat coram domino panem absque fermento et
collyridam conspersam oleo laganaque posuit super adipes et
armum dextrum tradens simul omnia aaron et filiis eius
Qui postquam levaverunt ea coram domino rursum suscepta de
manibus eorum adoleverunt super altare holocausti eo quod consecrationis
esset oblatio in odorem suavitatis sacrificii domino. Tulit et pe-
ctusculum elevans illud coram domino. rursum suscepta de ma-
nibus et ariete consecrationis in partem suam sicut preceperat ei
dominus. Apte hec similitudo eorum que circa nos agunt misteriorum
exposuit traditionem. et pascha misterium quod christus cum discipulis
suis comedit. significatur quod docent. ea que preparantes in sacrificio
pagi preparunt. Obtulit et arietem in consecratione sacerdotum
hic autem eduxit obtulit moyses arietem secundum expiationis
Recte eorum quod in nobis celebratum est misterium sacrificium expia-
tionis appellatur. Ipse enim nos perfecit cum prius fuissemus infi-
mi etatis in perfecta lactis educatione perduxit id est ab ea que
in lege est qua paulus ait Omnis enim qui lactis est par-
ticeps expers est sermonis iustitie. Parvulus enim est. et iterum
nihil autem ad perfectum adduxit lex. Subintroductio autem
melioris spei que data est. In hac nos ipse constituit ut intro-
sacrificium hoc etiam que dicta est melior spes. per quam semper
pergimus ad servicium deo invenit. Sicut autem aries ducibus hic
in aries nominatur. Quia videlicet prius solitam omne cum
apostolis cenabit dominus postea suum obtulit sacrificium. et secundum se
autem ipse semetipsum accidit quod demonstratur sequentia. Posuerunt-
que aaron et filii eius manus suas super caput eius. Quem
cum immolasset moyses necessarie simul cum aaron et filii
eius capiti arietis manus imponunt. quia communem cenam
festivitatis paschalis cum suis christus discipulis celebravit.
suum enim quendam discipulorum ad preparationem domus in qua pascha
celebraturus erat dirigens sic ait. Dicite patrifamilias quia
magister dicit. ubi est diversorium. ubi pascha cum discipulis meis

Ioh. x

Ebre. vij quinto

Luc. xxij

manducem. Sed moyses sacrificium hoc celebrat quia magis ab alijs
ipse xpi figuram gerit. Hunc aut maxime sacrificium sine dominus cele
bravit. Unde et illud incipit. Vide eius sequencia. Quem cum immo
lasset moyses sumens de sanguine tetigit extremum auricule dextre
aaron et pollicem manus eius dextre similiter et pedis dextri. Ob
tulit et filios aaron. Cumque de sanguine arietis immaculati tetigis
set extremum auricule singulorum dextre et pollices manus ac pe
dis dextri reliquum fudit super altare per circuitum. Quis sit sac
sacri hiuus effectus, unctio aurium et manuum pedumque demon
strat. Pro obediencia quippe vera actionesque bonas atque con
sumacionis celebratur. Unde et aures vere perunguntur et obedientia
adam tangentes in ingenti obedienciam consequuntur. Post quem hec
extrema manuum unguntur et pedum, quia non solum manu
sed et pedes passione accipiunt. Quod probatur ex eo quod david ait:
Pedes meos statuit in via recta; et rursus: statuit super petram pe
des meos. Prima aut actiones quasdam bonas vel quasdam aut
malas hominis et figuram malorum sinistre gerunt. Recte dextra
unguntur. ~~Quod apte demonstrat~~ Confortantur enim ea que
unguntur et destruuntur atque dissolvuntur ea que non unguntur. 1. Ex. xii
Quod apte demonstrat dispendis egyptum angelus, quia ubi
unctionis immolati inveniebat non percutiebat. Hec tamen primo
sacerdos sanguine et post eum filij eius secundum legem unguntur. Luc. xxij
huius et ipse dominus primum in cena mistica intelligibilem
accepit sanguinem, atque deinde calicem apostolis dedit. Hec enim
legislator hic post unctionem aaron et filiorum subdidit. De
sanguine reliquum fudit super altare per circuitum. Quod et xpm
fecisse invenimus. Videns enim ipse et apostolis bibere dantes
tunc intelligibilem sanguinem super altare videlicet sui corporis 1. Cor. xi
effudit. Corpus aut xpi ecclesia est et omnis plebs eius. Quod
specialiter dicentem marcum invenimus. Et sumens gracias agens
dedit eis, et biberunt ex eo omnes et dixit eis: Hic est sanguis
meus novi testamenti qui pro multis effundendus est. His sup
veniunt ea que sequuntur. Adipem aut et caudam omnemque
pinguedinem que operit intestina reticulumque iecoris et duos
renes cum adipibus suis, et armo dextro separavit, per eandem
lex lumbulum et pectusculum ventriculum et reticulum iecoris pin
nam operatus edidericit. Cum hec aut licet figuram gerant in
salutari sacrificio seu pacificorum per singula discussa est.
Non sunt aut ea nunc in ariete consummacionis commemorat
sed quia xpi misterium pascha et eius percepcio ad salu
tem hominis pervenit. Quibus doctorem in supra edificacione
sequencia veri misterium preparat. Tollens aut de ca
nistro azimorum, quod erat coram domino panem absque fermen
to et collyridam conspersam oleo, at contra per canistrum
azimorum lex canistrum consummacionis ediderunt. Per tam
stram aut consummacionis lingua dei intelligitur; sola quippe
propriam per fectamque doctrinam introduxit. Et quod 1. Mat. v
dicebat: Non veni solvere legem sed implere. Utpote

ipse implens que minus erant in lege; bene autem et canistri tunc
post contextum dictorum meminit. Etenim multa in parabolis di-
xerit ita ut iudei non omnia intelligerent quia etiam secundum illud
quemadmodum et mensa totius doctrine erat. Vita quoque rationalis
erat in ipso et ea que efficiuntur ex ratione sibi presumit recte de
canistro consecrationis, id est de singula sua plenitudine ministerio. Post-
quam autem eum posuit panem absque fermento et collyridam conspers-
sam oleo id est apostolorum doctrinam legalem quoque et propheticam. Lex
enim et prophete et apostoli eius memoriam fecerunt. Lex quidem
Exo. xvi dicens: hic est panis quem dedit nobis dominus comedere; prophete
Ysaye xxxiii autem: panis ei dabitur. Et ea que eius fideles sunt regem imitari
suo studebunt. Apostoli enim uberius exponunt Christi misterium.
Unde nec laganum nec collyridam, panes autem eorum doctrine ut-
pote puriores nutrientes dicunt. Quos enim hic secundum legem
de oleo panes appellavit hos secundum hesychium lex colli-
Xenofagia ridas in xenophagia consummationis exponens quid
accipiebat, unctione sacerdotis legislator appellavit. Per
collyridam significans legis eloquium. Unum autem collire dicte
tiones sunt panibus ad nutrimentum, nullo est dubium. Unde ap-
postolorum sermones prophetarum et legis preponuntur sine membris
quia maiorem presumunt efficaciam, ita ut paulus dicat: posuit
deus in ecclesia primum apostolos deinde prophetas. Deinde ipsi
per evangelicam traditionem tradiderunt Christi misteria introducunt
huic legis prophetarum quoque utentes testimoniis propter quod eis collyrida
et laganum simul subiecta sunt et coniuncta. Et quid his adi-
ciat intendamus. Posuit super adipem et armum dextrum tra-
dens simul omnia aaron et filiis eius. Illud lex contestatur
quia omne desiderium omnemque actionem bonam afferre misterio
sit necesse. Et tamen nos illud secundum dei intellectum legis quoque
suscipe. Et predictum sequens ordinem. Ait: tradens simul omnia aaron
et filiis ~~aaron~~ eius. Primus sequendum Christus sua misteria
inchoavit et tunc ea nobis qui facti sumus filii eius per
lavacrum regenerationis tradidit. Et levavit ea coram domino. Primum
misterium quod nobis tradidit hoc enim sua carne in celos
levavit. Dicens autem levavit coram domino modum quo ob-
tulerit eis qui post futuri erant exposuit. Rursusque su-
scepta de manibus eorum adolevit super altare holocausti eo
quod consecrationis esset oblatio in odorem suavitatis sacri-
ficium enim altare holocausti Christi corpus dicit, sed et odor suavis-
simus. De Christo enim apte in canticis canticorum quod unguen-
Cant. i tum effusum est nomen tuum propterea adolescentule dilexerunt te.
Sacrificium enim idem sacrificium et holocaustum sicut mandat
i Cor. xi dominus. Ipse enim mandavit: Quotienscunque hoc bibitis mor-
tem domini in vobis metipsis annunciate. Tulit et pectusculum
elevans illud coram domino de ariete consecrationis sibi pro-
lex consecrationis in partem suam sicut preceperat ei dominus. Bu-
ri sacrificio sacerdotum, sed alteri pectusculum. Sic et hic offert
iuxta illud legibus moysi idem Christus pectusculum arietis

consecrationis seu consummationis separatur quia per pectusculum fides
et confidentia signatur sicut predictum diximus. Cum autem ipsius sit
sacrificium. necesse est ut et fides ipsi que in eo est deputetur. Assu-
mensque unguentum et sanguinem qui erat in altari aspersit super aaron
et vestimenta eius. et super filios eius ac vestes eorum. Cumque
sanctificasset eos in vestitu suo / quod unguentum sanguinis et unctio
spiritus unius sint operationis atque virtutis. et nimis recte aliorum
unctionis et sanguinis altaris idest divini corporis. legislator unxit
audi Johannem dicentem. Tria sunt que testimonium prebent et tres
sunt unum spiritus sanguis. et aqua. Unum enim effectum sanctificationis | 1. Joh. v
habent / Multum autem recte vestem aaron ab stolis filiorum aaron
lex separavit / Nam et si admiratione dignam vestem qui ab ea pta
optatissimam habemus. Verumptamen summi pontificis differat va-
rietatis per anteriora dicitur. aut quid sit et quam multiplex. tunicam
autem illam dixit habere super humerale et rationale / Unde et recte
nunc pluraliter nominatur / Ea autem que est filiorum aaron. et si uni-
formis est tunica tamen et ipsa est. sed quia multas virtutes conti-
nentia seu stola habet / Christi enim tunica. sive stola. i. qua hi qui
ab eo uncti sunt induuntur adoptionem habet incorruptionem. habet
et in celis requiem. et alia talia cognoscitur propterea appellatur tuni-
ca sive stola. licet una sit omnium. Quicumque enim in Christo baptizati
sumus Christum induti sumus. Sed tamen propter habundantiam donorum
que ex ea sunt pluraliter nominatur et numerus recte propter unitatem
que in ea figuratur. signamus eam forma distinctione / sive
decisiva que in ea est permittere cupit. Certo enim cum conferre
mus sit tunica summi stola filiorum aaron multas tamen et nomi-
num tunicam nominavit. Si autem sanctificari intelligibilis aaron
unamque tunicam nominavit quod deum
apparitionem sanguinis et alii cognominamus quod deum
est. Ipse enim Christus ad sanctificationem nostram apparitionis ipse sum-
ptus indaliquam passionis suum pro nobis obtulit. Unde filios
eius aaron et tunicis seu stolas. tamen aaron dixit sanctificari. quia
quecumque in nobis sunt contingunt ad eum. ut caput scilicet corporis
corporis necessario reducuntur. Approbatione huius rei quam dicamus
super dominum summamque nostram. Cum enim pro nobis crucifigendus
esset hec sub orationis forma ad instruendam obedientiam
apostolorum dixit. Sicut misit me pater in mundum. et ego misi eos | Joh. xvii
in mundum et pro eis ego sanctifico me ipsum. ut sint et ipsi sanctificati
in veritate / Ergo apostolice sanctificationis sacrificium quod pro nobis
obtulit exemplum et nobis sanctificatio constat appellatur. Cumque
sanctificasset eos in vestitu suo precepit eis dicens / Coquite
carnes ante fores tabernaculi et ibi comedite / panes quoque
consecrationis edite qui positi sunt in canistro sicut
precepit mihi dominus dicens. Aaron et filii eius comedent eos
Quicquid autem reliquum fuerit carnis et de panibus ignis absumet / De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus
usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestre
Septem enim diebus finitur consecratio sicut et in presentiarum
factum est ut ritus sacrificii compleretur / Die ac nocte manebitis
in tabernaculo observantes custodias domini ne moriamini
Sic enim mihi preceptum est. Feceruntque aaron et filii eius cuncta
que precepit dominus per manum moysi / Precipua autem legislator

sive

[illegible] xvj

ad Heb. xviij [illegible]

Rom. vi [illegible]

providit, discrecionisque mysteria et figurabiliter per ea que nunc contemplamur
est tradidit intra ecclesiam ea perfici et intellectualibus
et auribus publicari. nec enim volenti perfirmandi ea esse facile
tuere Unde quia tabernaculum testimonii do' celum esse arbitrum
aut tabernaculum primo ecclesiam quia ipsa est ante celi introitum
collocata. ipsa vero quippe celestis tenet imaginem. sicut aliam
predeximus intus ea carnes sacrificiorum cum precepit dicens
Precepit eis dicens Coquite carnes ante fores tabernaculi
et ibi comedite eas et sicut addunt lxx in libro suo. est autem
locus sancti altaris ibi enim sancti sacrificiorum requiescit. si quis addidit
et ibi comedetis eas Panes quoque consecrationis fuerunt lxx
edunt et panes qui sunt in canistro consumationis. sicut lex
precepit michi dominus aaron et filii eius comedent eas Quomodo
circa mihi mirandum non est scriptura sensus Nullam quippe
dubitacionem huiusmodi intellectus relinquit. Propterea car-
nes cum panibus comedi precipiens ut nos intelligamus
illud ab hoc mysterio dici aliud simul panis et caro est sicut
corpus christi panis vivus qui descendit de celo propter quod hebrei
lxx editione carnes immo panes autem vocare
deferebant carnis sibi prefiguracione hoc mysterio dominus volente
quod intus oportet in ecclesia capi et comedi alibi non nequaquam
Propter quod paulus corinthijs preciperat Cum conveneritis
habetis in unum iam non est dominicam cenam manducare unus-
quisque autem suam cenam presumit ad manducandum et alius quidem
esurit. alius autem ebrius est Nunquid domus non habetis ad
manducandum et bibendum aut ecclesiam dei despicitis Et hoc
ideo ut illic absolute mystica cena debet celebrari Aaron
autem et filii eius illud recte comederunt Ipse enim christus roga-
tus ore sacerdotum ipse venit et cenam sanctificavit et mira-
quod reliquit est de carnibus et panibus. incipit attendere
cepit quod nunc videmus etiam sensibiliter in ecclesia fieri utrumque
tradi que ratio remane contingerit inconsumpta. Non enim
ea que una die vel duabus aut multis servata sunt
Sicut enim apparet non hoc legislator precepit sed quod reliquum
est incendi iubet diebus autem non commemoravit ut quecumque
cuiuscumque rei causa emergente remanserint inconsumpta
sive tempore incensa sit. sive quid aliud fuit ignis opus et co-
sumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter signifi-
cantur cunctaque intelligibilis rei. eis qui intendunt prevenit
ut quidem ad comestionem sacrificiorum destinamus et comedere illud
integre non possimus intente forsan lassescente sive defici-
enti. nobis que videntur corporis oportebit intelligi divi-
na que oculis nec angeli peruenire possunt non relinqui sed ar-
tradi ea igni oportet. Ignis ... comedat, que nobis sunt
ex infirmitate impossibilia Quomodo autem comedat. cum ca-
pitalicimus iterum spiritus esse possibilia ea que nobis impos-
sibilia videntur. Unde et subsequenter dispensacione legislator
similiter Dixit enim sic de ostio quoque tabernaculi non ex-
ibitis vii diebus Septem autem apud quinquagesima dies
septenario primo in semetipso multiplicato multiplicatum
est vero ei adiecto perficitur Unde est ebdomadam omni

Joh. vj

iij Reg. xviij

Ro... Cor. xj

Levit. xxiii

festiuitate apud moysen dici. manifestant sequentia Ait enim
secundum lxx usque ad diem completionis quinquaginta dierum
penthecosten dies Complet enim septenarium numerum in se-
metipso multiplicatum. et unus dei gratia dierum consummacionis
dicitur sequentia ostendunt Septem enim diebus fiunt consecra-
cio sive consecracionis sicut in presenciarum factum est quia non se-
mel eos consecrant sanguine et panibus Sic enim cognouimus
in precedentibus pactam consecracionem. seu consummacionem hic
similia et lucas tradit Ait enim de eodem et de discipulis Quibus
et prebuit seipsum post mortem suam in multis per dies quadraginta
apparens eis et loquens de regno dei. et conuescens precepit
eis ab iherosolimis ne discederent sed expectarent promissionem
patris / Feriis quomodo consecrabat eos sive perficiebat apparens
eis et dicens de regno dei. et conuescens. dicens autem ab ihe-
rosolimis non discedere Non precepit ianuam tabernaculi pertransire
vel egredi. idest ubi promittit paracletum usque dum promissionem
patris que facta est quinquagesima die acciperent. unde autem exire
de ianua tabernaculi testimonium veritatis est ambo docetur et non
predicare euidenter. quia ostium semetipsum. xpistus ut potest pre-
dicare ... Ubi tamquam ... Introitum
et exitus ... aut egredi ut possimus in ipso intelligamus. Ipse
autem eius ostium aut egredi ut possimus in ipso intelligamus. ipse
nobis tradidit quando quosdam aliena docentes et mercedem
intentes ante presenciam suam reprehendens dicebat. Omnes
quotquot ante me venerunt fures sunt et latrones. sed non au-
dierunt eos oues et post hec subdidit Ego sum ostium si per me
quis introierit ingredietur et egredietur et pascua inveniet
Ingressum per semetipsum et egressum dominicam septimanarum
appellans hylariter. quia autem completionem dierum illa maxime
dicitur plane per lucam prius tradit Et dum complerentur dies
penthecosten erant omnes simul. factus est autem repente de celo
sonus quasi advenientis spiritus vehementis et replevit totam
domum illam in qua sedebant Et apparuerunt illis dispertite lin-
gue tamquam ignis sedit que supra singulos eorum Et repleti sunt
omnes spiritu sancto Non fuisset ergo dies completionis dierum
et eo fundamentis penthecostes dei. sed ut compleretur quidem
dierum septenarium habens gerens autem spiritus plenitudinem
implens eos eorum perfectione quibus infundebat spiritum
Quod si dicatur quia quadraginta quidem solos dies cum apostolis
prestitit eos xpistus sunt Qui autem secundum legem sunt per
petitionis x dies integrum sicut diximus penthecosten de-
fuerunt / Sciendum est. quia hec in medius inter ascensionem

Act. i.
Act. i.
Joh. x
Act. ii
Math. vlt.
Joh. xiv
Luc. xxii

Quod xl continua fuit cum apostolis post resurrectionem usque ad ascensionem

et penthecosten diebus. ab apostolis separatus est Nam qua-
modo eis dixit Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus Et
iterum Non relinquam vos orphanos. venio ad vos / ...
ursus? Propterea legislator subdidit. sicut in presenciarum factum est Vel
propter legislator subdidit sicut in presenciarum factum est Vel sicut lxx Indicet hic post
sabbatis sacrificium compleretur
cepit dominus facere ut Actis pro nobis In qua die enim tradidit
tene mysterium in eadem die deprecacione. sive preparationem
imprimant. idest petorum rem ipsam dicens. Hic est meus sanguis

Novi testamenti qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum
Vobis autem [pro]pius ea que in evangelio scripta sunt [con]venient. Sicut ea
quoque ex hiis que subsequuntur potest. Die ac nocte manebitis
in tabernaculo vel sicut lxx ad ianuam tabernaculi testimonii sede-
Luc xlii — bitis vii diebus die ac nocte. Dixit non apostolis aut. Vos aut sede-
bitis in civitate usque dum induamini virtute ex alto. Sic plane
Actuum i — sedebitis aut et ipse discipulos ebdomadam dierum nichil agentes
humane et non [pro]dicare precepit. Unde ex toto non vacantes apostolos
antequam complerentur predicti dies invenimus. Completis autem
Actuum ij — diebus petrus mox predicare incipit. Quidam et addite sunt anime
circa tria milia. Sic et ipse per singula mandatum hoc custodierit
et maxime in eis complentur ea que in subsequentibus
dicit. Observantes custodias domini ut non moriamini. Sic enim
michi preceptum dominus. Feceruntque aaron et filii eius cuncta que
locutus est dominus per manum moysi. Si quis autem aaron filius
suus coniungat, invenietur causa omnino necessaria et ad
rei comprobationem oportuna. Non enim exire de ianua taberna-
culi testimonii. Inde non intelligitur ad tertiam evangeliza-
[?]dicatum his que sunt predicta apparuit. Ergo cum apostolis
et [?]pus [?] iamiliter non egrediebat. Ipse siquidem erat
qui et predicandus erat et qui in apostolis loquebatur. Propterea eo
filius aaron et ipse consecratus seu consummatus dicebatur. Quibus
sit aut consecratus sive consummatus legislator nequaquam
subdidit. Aut enim septem diebus finitur consecratio sive
secundum lxx consummavit manus vestras sic et fecit. Manifestum
est aut quod ipse erat qui filios consecrabat. Sicut prestabat qui
et perficiebat sive consecrabat utpote in membris suis dicebat.
Facto aut [octavo] octavo die vocavit moyses aaron
et filios eius et maiores natu israel dixitque ad aaron
Tolle in[?]tulum pro peccato et arietem in holocaustum utrumque
immaculatos et offeres illos coram domino. Et ad filios israel
loqueris. Tollite hyrcum pro peccato et vitulum atque agnum anni-
culos et sine macula in holocaustum bovem et arietem pro pacificis
et immolate eos coram domino in sacrificio singulorum similam
oleo conspersam offerentes. Hodie enim dominus apparebit vobis. Sicut quidem
imago animalis cuiusdam aut virgulti forte depingitur aut sculpitur aut in
aere exprimitur et non quidem apta in imagine operationis aut scripture aut
aeris expressio est. Sin perfectioni aut operis pertinet augmento proficiat sic et
queque legislator nunc in figura exponit clariora additamento eorum
que per partes sancit et planiora facit. Quia ergo diem consummationis
seu consecrationis penthecosten intelligi oportet ascendimus. Et quoniam
usque ad eum diem divino mandato predicatio inhibita est propterea non
exire ianuam tabernaculi testimonium filios aaron precepit. Consi-
derandum est qualia consummavit et in hac die lex precepit. Dies enim
octava penthecosten appellant quia penthecosten dies intrabat
hac qua salvator resurrexit que esse octava creditur. Quia figuram
gerit primitiarum futurum. Sed consummationis presentis seculi qui in septem re-
volvitur diebus. Penthecosten aut titulus sub predicto numero
est. Ergo recte incidit in presentis seculi consummatione. Similiter resur-
rectionem significat penthecosten dies. Oportebat enim utraque

xix

die surrexit xpus in eadem et ipse adueniet. Tunc ergo vocari
aaron et filios eius et maiores natu israel aut ecclesiarum quodammodo
rectorum qui dicti sunt edificantes vocatum. Tunc quippe prius reuoca-
tum est ecclesie pontificium in qua intelligibilis aaron id est xpus
sacerdos esse creditur. Filii autem eius qui sublimius sunt conuersationis
et ideo sacerdotium ministri et cooperatores sunt. Maiorum natu autem israel
presbiterorum ordo est. Ex his quippe corporibus ecclesie cum primum quasi aaron
Iudeorum accepit sibi vitulum pro peccato et arietem in holocaustum utrumque
immaculatos et offert coram domino. Tunc enim xpus sacrificium *Leuit. ix*
suum innotescere cepit ex quo primus aduenientes parthos et elamitas
et medos et aliarum gentium prouincias ad apostolorum cenaculi superioris
collegium. Accepit autem et ordo maiorum natu israel quem presbiterorum
esse diximus utpote ipse gentem et figuram doctorum gerens. Et
qui ad docendos nos utilis est utrasque perfecte in ecclesia quemadmodum
patet. Que autem sunt hec que accepit hircum pro peccato immacu-
latum sacrificium et vitulum et agnum anniculum in holocaustum im-
maculatos. Perfectam videlicet consummationem nostre sine conuersationem
que per hostias id est per holocausta perficitur. Est bouem et arietem
pacificos seu ad sacrificium salutare inducere conuersationem que
tamen potest saluare eos qui offerunt sicut superius diximus. Coram
domino autem omnia precepit fieri. Oportet quippe omne virtutis opus
utpote videnti deo peragere nec corrumpi nec [illegible] cum per
ministerium et voluntatem nostram sacrificium simile conspergit
aliis theologiam cum elemosina hocque [illegible] sacrificia
subtiliter nobis olim dispositi descripta innotuerit. Quid autem
his nunc subdit quia hodie dominus apparebit nobis. Hoc conclu-
sio et probatio est ~~Quia autem apparebit nobis~~ quia de penthecoste
scilicet dicta omnia dicebantur. In ea enim in eis apparuit dominus *Act. ii*
spiritus videlicet de quo paulus dicebat. Dominus autem spiritus est. Quomodo *Act. ii*
autem apparebit in eis dixit lucas: Visi sunt eis dispertite lingue
sicut ignis et sedit super singulos eorum. Tulerunt ergo cuncta que
iusserat dominus moyses ad ostium tabernaculi ubi cum omnis staret
multitudo. Apte hic ecclesiam exposuit ad ostium tabernaculi vel
sicut lex ante tabernaculum testimonii videlicet celi. Si enim
ecclesia frequentia est angelorum primitiuorum qui scripti sunt in celis
ante tabernaculum testimonii id est ante faciem celi. Sic enim
et aquila ante faciem interpretatus est. Hac quod dictum est coram lex
ante dominum. Si ergo ita est recte est ad illam se conuersionem aptat
ante tabernaculum recte intelligitur. Hic autem omnis multitudo
siue synagoga cum acceditur id est ea que ex omnibus et un-
dique est congregata. Omnis quippe cuncta cum [illegible] et omnis
pector omnis instructor necessarius habens omnes ab errore
se conuertentes in hac ecclesia congregat. Non solum eos qui
de plateis et vicis sunt sed et eos qui de viis et de sepibus vocati *Luce xiiii*
superueniens ut regale cenum ingredientes implerent. Dixit moyses
Iste est sermo quem precepit dominus facite et apparebit vobis gloria eius
Gloriam esse dominum spiritum manifeste ostendit quod paulus ad *ii Cor. iii*
corinthios scripsit: Nos autem reuelata facie domini coram
speculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam

sicut a domino praecipitur. Ut ergo gloria domini videretur, ideo ut ad nostrum celebra-
retur exemplum. Iste est sermo inquit quem praecepit dominus facere. Videlicet
mysterium de quo dominus praecepit hoc facite in meam commemorationem.
Sermonem autem legislator ex consuetudine illud vocat quod apostolus
sermone sub [illegible] huius dispensatio mysterii maxime cum intuitu
vero ea quae apparent in aliud aliquid maius et intelligibile trans-
ferentes. Unde et manna in imagine panis vitae qui descendit de
caelo praesentaret hic est panis ait quem dedit nobis dominus ad mandu-
candum, hic est sermo quem constituit dominus. Quid ergo ex his quae di-
cta sunt legislator significat, nisi quia sine dubio agentibus eis
[illegible] mysterium et divinam cenam celebrantibus advenit spiritus.
Quod et si plenius expositum habemus. Multa quippe scilicet dubi-
tabilitatis scriptura divina permisit quae facile est ex aliis colligere.
Erat enim dies qui appellatur dominicus in quo oportebat modo
omnibus agere apostolos mysteria et sacra. Nam et nos illorum se-
quentes traditionem dominicam diem divinis conventibus sequestramus.
Invenimus autem et Christum similiter post resurrectionem a mortuis per
mysterium cenae et panis fractionem manifestum. Quod aperte quidem
Lucas plenius, tamen etiam Johannes evangelista tradit. Et ait etiam
ad Aaron: Accede ad altare et immola pro peccato tuo, offeres holo-
caustum et deprecare pro te et pro populo. Cumque mactaveris hostiam
populi, ora pro eo sicut praecepit dominus. Ubi nostra translatio plenius
habet pro te et pro populo, pro te ipso et pro domo tua LXX ediderunt. Quam
autem sed domum intelligibilis sacerdotis, Paulo dicente cognoscite.
Dicit enim Christus autem ut filius in domo sua, quae domus nos
sumus si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.
Ergo qui crediderunt et confitentes sunt domus eius iuste appellatur.
Pro quibus deprecatur et pro omni populo utpote qui nostra factus
est propitiatio. Sed et pro semetipso autem hoc cum propitiatione non
egeat magis tamen ipse pro se propitiationem, quia ut verum pontificem su-
scipiens et sicut deus plenius [illegible] praestantibus. Aliter enim non sibi
[illegible] propitiationem praestare non potest. Statimque Aaron acce-
dens ad altare immolavit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem
obtulerunt ei filii sui, in quo tingens digitum tetigit cornua
altaris, et fudit residuum ad basim eius. Adipemque et re-
nunculos et reticulum iecoris quae sunt pro peccato adolevit super
altare sicut praeceperat dominus Moysi. Carnes vero et pellem
eius extra castra combussit. Immolavit et holo-
causti victimam, obtuleruntque ei filii sui sanguinem eius,
quem fudit super altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in
frusta concisam cum capite et membris singulis obtulerunt,
quae omnia super altare cremavit igni, lotis prius aqua
intestinis et pedibus. Et cetera. Haec certe in hoc loco
sacrificia [illegible] aguntur sicut prius diximus. Non ergo necesse est
iterum [illegible] per singula dicere, quae in hoc sacrificio
aguntur cum aliis ea pro ordinatione dispensemus et [illegible]
comparationem gerant nihil [illegible] ostendemus
et quemadmodum in divino sacrificio. Quod vero inquit non

Marginal notes (left): Joh vi; Luc xxiv; Hebr iij

Marginal note (right): etiam pro semetipso deprecatur credentibus autem hic homo est et deus ipse homo propitiationem suscepit [illegible]

tantum nobis peccatorum praestans remissionem sed et mira perfectione
in philosophia et consummatione efficiens necessarie et in-
utilem quin propterea est et maxime hunc qui in holocaustum
immolatur oportet reputari. Unde et in persona sacerdotis
utraque pertinent oblatum. Iam ergo et ad sequentia veniamus.
Et pro peccato populi offerens mactavit hircum. expiatoque al-
tari fecit holocaustum addens in sacrificio libamenta que
pariter offerebantur et adolens ea super altare absque ceremoniis
holocausti matutini. Immolavit et bovem atque arietem hosti-
as pacificas populi obtuleruntque ei filii sui sanguinem quem
fudit super altare in circuitu. Adipem autem bovis et caudam
arietis et renunculos cum adipibus suis et reticulum iecoris
posuerunt super pectora. Cumque cremati essent adipes super altare
pectora eorum et armos dextros separavit aaron elevans coram
domino sicut preceperat ei moyses. Cuius figuram ea que dicta sunt habent
et quemadmodum pro peccato hircus prime sacrificium significaret holocau-
stum autem contemplativa conversatione theologiam non similia. salutare
autem seu pacificorum sacrificiorum vitam que nos salvare potest et iam
mediocriter sapientes sacrificiorum diffusio precedente unctione
sacerdotis ostendit. ergo quia horum sanctionis nec sunt explanatione
illa in subtilitate per quirens et iam hec per singula scit. Illud
autem mihi necessarie addimus quia sex propter [illegible] imponit [illegible] priore
misse descensionem. Cum in unum congregati essent apostoli. [illegible]
secundum legem ecclesie afferent significare [illegible] legislator recte
precedere sacerdotis sacrificia. Deinde subinferri [illegible] precepit [illegible] x ac
[illegible] ecclesie doctrinam a sacrificio [illegible] inchoare ut [illegible]
durant docentes quod nobis passio domini perfecerit aut contulerit
atque subinferatur sermo prime que omnis utique ut homines ne-
cessarie habemus. Unde dominus unam doctrinam predicat, id est primam Mat [illegible]
utique perfectas subinferri conversationes atque theologiam illis
permittendas. subdidit autem et quod corrigentes sine [illegible] salvari possunt
perfectionis quamvis non sublimiter conversentur. his enim oportet
ecclesiam congregari et in manifestatione dei glorie suscipere. hec sine
dubio diebus pentecostes maxime agebant discipuli domini [illegible]
in unum tunc collecti erant quod manifestat lucas dicens Et Act ij
dum complerentur dies pentecosten erant omnes simul in unum
Quid autem erant collecti agere ni ea modo [illegible] que dicta
sunt. Nam et si palam non predicabant et propterea in unum erant
in superioribus sedentes nec dum verbum disseminantes, sive pa-
lam loquentes, quia de ostio tabernaculi testimonii non erat
missi egredi. in quo dum de excelso induerentur virtutem. Virtu-
tem inter semetipsos. quia hec agebant manifestum est et que circa de-
cent ecclesiam meditari non cessabant, ut ipsum medium inter semet-
ipsos habentes christum qui est ecclesie caput. Unde et mathia ad actuum [illegible]
apostolatum [illegible] surrexisset petrus et [illegible] domine septem
[illegible] atque testimonia sorte separaverunt. Rursum autem sanctio-
nari id est [illegible] sine [illegible] et cleri [illegible]
ecclesiastice dispensationis [illegible] ordinis sunt. Ergo manifestum
est quia in [illegible] in ecclesia collecti in illis diebus non erant

quod et legislator modis omnibus significari comprehendens con
sequenter et hec que subsequuntur addidit
Et extendens manum contra populum benedixit ei sicque completis
hostiis pro peccato et holocaustis et pacificis descendit. Attende
quia omnem nobis euidenter figurarum ecclesie multa exponentes Nam
postquam dixit descendit pacificum fecit pro peccato et holocaustis et
pacificis ondit quia complexionem purificatorum intellexit ex
pastorum cura et postea dixit descendit pro descensionem doctora-
lem sedem designans Denique post expositionem sacerdotes
quibus figura intelligibilis aaron credita est descendunt et p
orantes manus ad celum leuant Eleuacione enim manuum p
ratione etiam paulus intellexit Dicit autem sic Volo viros o
rare in omni loco leuantes puras manus Tendens sine le
uans quoque manus benedixit illis quia per leuationem manuum
precum indicat sacerdotes populo benedicunt Sed unde bene-
dictionem prestant audi sequentia Ingressi autem moyses et
aaron tabernaculum testimonij ingrediuntur et postea bene- + Adeinceps egressi benedixerunt populo quamobrem viderunt in tabernaculo testimonij
dictionem prestant ut nos cognoscamus quia de intelligibili taber-
naculo videlicet de celo benedictionem preferunt sacerdotes dicit
sic et paulus Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui
benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo
hoc enim nobis et ipse tradens dominus quinque panes et pisces
in benedicens ad celum respiciebat Fiat autem non solum
aaron sed et moyses summarum sen populum benedicunt. in
ut discamus quia magis sunt sacerdotes benedictionem
prestant Sed quia figuram fecit christi, possit pro eo qui in
typis est prestare benedictionis plenitudinem. Unde et moy
ses utpote cum imago est domini credita ad benedictionem recte
comprehendit Sed et illud preterea que dicta sunt lex significat
quia non solum is qui sacerdotium sortitus est sed et omnis ministerium
christi habens in semetipso et figuram domini sui per plana gratia
tamen quemadmodum moyses existens ydoneus est ad donandum
benedictionem; hec ergo specialiter agentibus spiritus aduenit, propterea
audiamus sequentem Apparuitque gloria domini omni multitudini
et ecce ignis egressus a domino deuorauit holocaustum et adipem
qui erat super altare Quod cum vidissent turbe laudauerunt
dominum ruentes in facies suas Vide ne aliquam nuptiarum
primitia ubi legislatoris opus habeat spiritus namque ubique
concordant his que sunt de aduentu spiritus in apostolorum actibus
scripta Apparuit enim inquit gloria domini omni multitudini quomodo
dicat forsitam quispiam utrumque talis qualem ezechiel super the-
rubin visam descripsit aut qualem micheas vel ~~ysaias~~ Ysayas vi c
quorum unus quidem seraphin invenitur, alter celestem
exercitum vidit, sed neutrum fuit una quidem que ambulans
et ubique spectabilibus apparuit gloria, sed dissimiles visiones
utpote triumphe [illegible] prebebat videntibus presens tamen
similis castilli quia intelligibilis egressus est ignis a domino
die penthecosten propterea ait Apparuit gloria domini et egressus
est ignis a domino Ergo in specie ignis apparuit quemadmodum

1. Thi. ij
Ephes. primo
Math. vi / marci viij
Ezech. i et p
Michee 1.

et lucas exponit Et factus est de celo sonus spiritus vehementis Actuum ii
et implevit totam domum in qua erant sedentes, et apparuerunt
illis dispertite lingue sicut ignis Populi creator omnis legislator
memoratus fuerat; quod et lucas hoc modo exponit Et
erant in iherusalem habitantes iudei viri religiosi ex omnibus
gentibus que sub celo sunt Facta autem hac voce convenit multi-
tudo et mente confusa est Quia enim non solum convenit
sed et expavit ipse hoc demonstrat dicens Obstupescebant
enim omnes et admirabantur sed et super sapientiam credentes Et si non
hec sensibiliter tamen intelligibiliter pertulerunt Non enim in-
telligebant quod factum erat Alter autem ad alterum dicebat
musto pleni sunt hii quod primum erat in terram faciem inclinis procider-
unt Quid autem egressus ignis fecit, devoravit omnia que erant
super altare, holocaustum et adipes que expiacionis et pacificorum oblata
altari superposita erant Tradidit ergo nobis sermo quia necesse est
perfecta sacrificia et eorum expositiones super ponere intelligibili al-
tari corporis christi ut ad illud festinet nostra imitacio et ut intine-
ri intelligibilis ignis idest spiritus sancti De quo dictum est Deus deus
noster ignis consumens est Unde et inter pedemcrates Symmachus con-
sumere edidit Arreptisque nadab et abiu filii aaron turi-
bulis posuerunt ignem et incensum desuper offerentes coram domino
ignem alienum quod eis preceptum non erat. Sic eos qui aliena do-
cent qui in ipsum spiritum dei blasphemant quia inspiratam a deo scrip-
turam non habent De qua ait paulus Omnis scriptura a deo inspi- ii ad thi iii
rata utilis est Aliter interpretamur necessario ab intelligibili igne fu-
ri exposuit et filii aaron ut doctores habentes habitum et simbo-
la dicere fingentes ... Unde et lingue eorum ignis appellate
sunt Audiamus quippe quia incipere ignearum linguarum spiritus
advenit thimiamata autem thuribulis vel ignibus linguarum
super imponunt regalia et preciosa dogmata de quibus ecclesiastes
in canticis canticorum dicebat Odor unguentorum tuorum super omnia l' Cant i
super omnia aromata sed igne alieno offerunt neque enim interiorem + fm
aut utriusque spiritus interpretantur. Hic exivit ignis a domino non absolu-
te qualis prius. per illum enim sacrificia incendit deus et gloria
domini dictus est Hic autem ignis poenalis est. Utrumque enim ecclesia habet
hunc quidem ad illuminacionem iustorum et oblatorum perfectorum Illum
autem ad poenam impiorum qui ea his qui blasphemant sacerdotes in-
digni induunt ex humili ministracione spiritus qui in eis requiescit
eis succedentes ut p(er) quod et paulus per hymeneum et alexandrum. Ut Hymeneum i ad thi po
alia stilus docent Et mortui sunt ipsi coram domino moriuntur videntibus ipsis et
in hac eos morte condemnat ne imitacione sui aliis causam pre-
beant imitentur In qua et minus admiratur legislator cur ex eo quod
delinquant intra fines idest coram domino sustinent mortem qua male
interpretantes divinas scripturas paruerunt ex qua eos opor-
tebat benedictionem percipere maledictionem sibi invenientes Vide-
tamen qualia subsidui Dixitque moyses ad aaron hoc
est quod locutus est dominus Sanctificabor in his qui appropinquant michi
et in conspectu omnis populi glorificabor Quod audiens tacuit
aaron Sive ut lxx dicunt Et compunctus est aaron Sed ubi
... hec dominum dixisse invenimus quod indicat moyses dice- Exodi xix
bat Descendens contestare populum ne forte appropinquent ad dominum
et cadat ex eis multitudo et sacerdotes qui appropinquant domino
deo sanctificentur ne forte derelinquat ab eis dominus; hec ergo et si

Margin (left): l' in alia

Margin (left): L x

Margin (left): l' quia tradidit illos sathane ut discant ... et paulus ... tradidi illos sathane ut discant non blasphemare i ad thi i

ubus ab his que dicta sunt differunt verumptamen intentionem
ipsam immutabilem habent. Precepit enim populum non appro-
pinquare deo et [illegible] Non quo modo nimis eis imponere,
sed ut imperfectis et [illegible] contemplationis incapacibus. Sacerdotes
autem appropinquare sanctificari iubet ut digni ad mon-
tem et contemplandum sufficerent deum, quia vanum scias a deo nec
potest sine sanctificatione conspicere. Propter quod paulus dicit pacem
sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine quibus nemo vi-
debit deum. Conspectu eius. scientiam eius dicens id est eius con-
templatorum. Unde sacerdotes sanctificari precipiens. inde quomodo
innuitur in subsequentibus Ne forte derelinquat ab eis dominus id est
ne fugiat ab eis. ea que dei est scientia. Perditio enim eis sci-
entie discessio sit. Sed nunc ea que sunt exposita dei per moy-
sen dicta sunt illa aggrediamur et sanctificabor in his qui appro-
pinquant mihi. Sanctificaris scias in terris per fratres . sive maiores eius in-
dicavit quia corpus hoc habet. corporis autem emundatio perditum
abiectio est hoc ergo ut boni et puri. In his qui appropinquant ei
Et dum multitudine [illegible] vel per aliquod divi-
num ministerium aperiuntur et per ipsos creat et in conspectu tocius po-
puli glorificetur id est laudetur et manifestetur. Verum enim glori-
ficationis librum manifestat et que ex hoc laus dei et manife-
statio sit David ait Quia iustus dominus iusticiam dilexit. equi-
tatem vidit vultus eius. In his tacuit aaron sive ut lex
compunctus est aaron. Tacuit vultus. quia corporis intellige
actionem tacitam est. Unde ipse dixit Saule saule quid me per-
sequeris. Item discipulis despicientibus eos dixit Qui
vos spernit me spernit. Vocavit autem moyses my-
sael, et helsaphan filios ozihel patrui aaron et ait ad
eos. Ite tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii et asportate
extra castra. Statimque pergentes tulerunt eos sicut iacebant
vestitos lineis tunicis et eiecerunt foras ut eis fuerat impera-
tum. Ab his qui eos eiecerunt eos qui [illegible] misahel
et helsaphan sive misadden. et helsaphan quorum litte-
ratio dei id est misaddi elisaphan autem dei mei specula-
interpretatur. Quorum ergo sit altercatione Speculari autem
[illegible] autem et speculari. et christi quidem carne contre-
ctare. Speculationi autem oculos mentis divinitate dicebat
sicut thomas manu contrectans carnem et fide speculans
divinitatem dicebat. Dominus meus et deus meus. Hic igitur
aliene doctrine auferre et eicere illum cum tunicis a fratre
[illegible] potest, quia per sonum [illegible] sit predicere, tunice autem
sacerdotum communicatio et vita que in sacerdotum indumentum
habitum. Ergo cum sacerdotium. quod et forte obvenerit a pareo
ne sacerdotali expellitur. Non solum autem a sacerdotum. Sed et
populi. Unde addidit Extra tabernaculum. Tabernaculum enim de
ecclesie populus est. Filii autem patrui aaron sive fratres aaron
hii qui hec facere possunt rationabiliter nominantur. Si enim pars
intelligibilis aaron dicitur, et per eam ydoneum omne corporis
[illegible] credit, per hanc quippe eam manifestum faciunt atque
[illegible] ignorantibus pariunt fratres autem germanos
et ut ita dicatur fratres [illegible] est. Omnia enim que in

t Sublati sive eiecti
sunt intellige, cum
autem sunt qui

euangelijs acta sunt a prophetis predicta sunt. Petrus quoque de prophetico
sermone ad iuuari ad perfectam scientiam quem firmiorem ad
humanis sicut ciuitas firma Petrus precepit. Ait enim: ii. Petri primo
Habemus firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis inten-
dentes sicut lucerne lucenti in obscuro loco donec dies
illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris, id est donec
in vobis euangelica scientia clareat. Filii sui prius aaron be-
ne et minus apte hii qui euangelicam cum perfectione didicerunt
dicuntur. Et hos qui alia docent arguere et repellere utpote
perfectam habentes scientiam necessarium est dispositi. De qua ii. Johannis
Iohannes dicebat: Omnis qui precedit et non manet in doctr-
ina Christi deum non habet; qui manet in doctrina hic et fi-
lium et patrem habet. Si quis venit ad vos et hanc doctri-
nam non affert nolite recipere eum in domum, nec ei aue
dixeritis. Ergo primum est eorum qui edocti sunt euangelicam
doctrinam eos qui ad ulteriora et aliena procedunt a fine
sanctorum et tabernaculi expellere atque prohibere. Locutus
est dominus ad aaron et ad eleazar atque ad ithamar filios Levit. x°
eius: Capita vestra nolite nudare et vestimenta nolite scin-
dere, ne forte moriamini et super omnem cetum oriatur indi-
gnatio. Fratres vestri et omnis domus Israel plangant
incendium quod dominus suscitauit. Vos autem non egrediamini
foras tabernaculi, alioquin peribitis. Oleum quippe sancte
unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta pre-
ceptum moysi. Non ignoramus quid cidares significent i. Corinth.
sacerdotum, scilicet quod omnis viri caput Christus, caput autem
Christi deus. Necessarie cidaris significatio quodammodo
est simul coniuncti humanitatis et diuinitatis. Hec enim
cidarum compositione superius demonstrauimus. Ergo
que aporteat custodire sacerdotes et doctores precipit, id est
ut nec diuinitatem Christi nec humanitatem negent ne tantum dicant
qui deus ex deo et verbum est ex patre. Hoc est enim cidarim non
auferre a capite, videlicet non mutare intelligibilem ci-
darim et nec dispensationem renunciant aut blasfement.
Qui enim Christi dispensationem blasfemat, sacerdotalem
rumpit stollam, quia omnes quidem homines qui in Christum
crediderunt, multo magis autem sacerdotes sunt qui Christum
induerunt. Si quidem quicumque in Christo baptizati sumus, Christum ad Galat. iii
induimus. Nec agentes sacerdotes nec mouent nec angu-
tiarum super indumentaria. Prepositorum enim nimia offendi-
culum est subiectis et multo magis doctorum discipulis cor- Hebr.
ne dei sint occasio. Propterea et omnem domum Israel omnem
videlicet ecclesiam plangere incendium quod incensi sunt a
deo multa ima deprimi ecclesie vnius membri et vniuslibet ca-
sus est quanto magis doctorum et sacerdotum. Pro quo ita ut
Paulus de eo qui fornicatus fuerat Corinthiis scribit: Et i. Corinth.
vos inflati estis et non magis luctum habuistis. Quia
autem vero expulso fornicatorem omnem ecclesiam lugere precepit.

multo magis quod sacerdotes et doctores impie agentes vel blas-
femantes inveniuntur. His itaque habentibus aliud querere oportet
quoniam cum precedentem sanctione septem illos dies non egredi de ta-
bernaculo testimonii precepisset. His completis hec enim in octava
die aguntur. Rursus eis moyses precepit de ostio tabernaculi non
egredi. Non quod contraria sibi sanciret. sed manifestum est quod aliud
hic eis ostium ostium tabernaculi testimonii precepit custodire.
Nam addidit ut non moriamini. Aut quia hec non scripsit in prio-
ribus. Ergo additamento comminationis aliud insinuasse se sancxis-
se significavit quia cum ut igne alieno doctrine offerentes qui-
dam sacerdotes perierunt aliis non exire ianuas sancte eccle-
sie et traditionis eius. Per ea que dicta sunt precepit ideo non eis
egredi per eam qua ipse mandavit predicatione. Secundum divino
preceptum per omnia. Sic enim unusquisque non morietur. Hoc sacer-
dotibus precepit quibus ut magistris et predicatoribus ubi-
misterium ex dono spiritus traditum est de quibus sancte legislator ait
Oleum namque sancte unctionis est super vos. Huius autem unctionis
virtutem Iohannes nobis evangelista demonstrat dicens. Et vos unc-
tio quam accepistis ab eo maneat in vobis. Et non necesse habetis
ut aliquis doceat vos. sed sicut unctio eius docet vos de omnibus
et verum est et non est mendacium. Hec moyses per propriam precepit et
ecclesia custodit. Quia ea consequenter legislator et subdidit. Qui
fecerunt iuxta preceptum moysi. Dixit quoque dominus
ad aaron. Vinum et omne quod inebriare potest non bibetis
tu et filii tui. quando intratis in tabernaculum testimonii ne mo-
riamini. quia preceptum est sempiternum in generationes vestras. et ut
habeatis scientiam discernendi inter sanctum et prophanum et inter
pollutum et mundum. doceatisque filios israel omnia legitima
mea que locutus est dominus ad eos per manum moysi. Hanc usque
nunc legem moraliter innuens custodiri. Neque enim omnibus
abstinere a vino precepit sed quando tabernaculum testimonii aut
ad altare ascendimus. id est quando quodcumque misterium doctrine
celestis contingimus. Ministerii enim altaris figura est ta-
bernaculum aut testimonium celestium rerum contemplationis. Unde
et thimotheo paulus scribebat. Vino modico utere propter stoma-
chum tuum et frequentes tuas infirmitates. Qui autem mo-
dico utitur hic tempore ministerii predicationis et doctrine ab omni
vinolentia et ebrietate se abstinet. Similiter autem et sacer-
dotes hii qui student legem custodiunt propter quos non solo
aaron sed et filii omnes sub umbra intellectus adeptus man-
datum hoc tradit. Similia autem hiis et paulus ad Ephesios
scripsit. Nolite inebriari vino in quo est omnis luxuria.
sed magis impleamini spiritu. ~~habet~~ quippe ebrietas mentem. Ebetat
sed sobrietatem eius [illegible] intellectum non intelligantur
que sequuntur quod testificatur ysaias et dicens. Ve qui consur-
gitis mane ad ebrietatem sectandam. et potandum usque ad ve-
speram ut vino estuetis. Cythara et lyra et tympanum
et tibia et vinum in conviviis vestris et opus domini non respicitis
nec opera manuum eius consideratis. Qui autem opera domini non
vident quomodo dividere inter sancta et prophana aut munda et

minuenda vel quomodo exhortari et illuminare populum descriptus pos-
sint. Unde hoc mandatum sublimius ostendere cupiens apud hi-
uit locutum fuisse dominum. Sed intende quemadmodum ut hec ad in-
scriptionem eorum que in penthecosten acta sunt alterum sit.
Quod enim lex hic precepit non sicera potum esse quibusdam
suspicantibus spiritus gratia advenit et dicentibus quia
gationis ex lege cessabat. Nam in annis vii hebreorum relaxabatur servitium, iubente lege ut qui vii constabat ebdomadibus omni inde concedebatur remissio debitorum, et omnis terra a possidente credito libata antecessorem reuertebatur ad dominum. Sed et babiloniam populi captivitatem septuagesimo anno relin restitutam fuisse cognovimus. Postea Petrus a domino inquirit dicens: Si peccaverit in me frater meus, quotiens dimittam ei? usque septies? Ille autem respondit: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies. In quo stationis pusillitatem reprehendens ait: Non dico tibi septies, sed. Et subiungit: sed usque septuagies septies. Ergo nec sic ab eadem cessat numero, sed ipsum multiplicans cum eo multiplicat et remissionem. Si quis aliud rursus inquirat quam ob causam num hunc expeditus posuit capitulis, sed breue invenimus rationem. Morari quippe diutius ad alia necessaria urgentibus sicut tempus non patitur. Septenarius ergo numerus totius habere putatur intra credunt plenitudinem, que in se septem diebus rotha evolvitur, modo hoc completo recte cunctorum peccatum atque vinculum seculi cessat atque hunc numerum quibrem septima in divinis scripturis sepius nominatur, quemadmodum et Paulus de Moyse loquitur. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requievit deus ab omnibus operibus suis. Et paulo post subdidit: qui autem intravit in requiem eius et ipse requievit ab operibus suis sicut et a suis deus. Sed et Ecclesiastes ait: Da partes septem nec non et octo. Prudentiam haberi putans seculi principalis et futuri quibus sic in presenti seculo vivamus sicut expectantes futurum. Et hec quidem ita se habent. Sed cum maiori studio sit distinguenda sequentia: Plaga lepre si fuerit in homine adducetur ad sacerdotem et videbit eum. Cumque color albus in cute fuerit et capillorum mutaverit aspectum, ipsa quoque caro viva apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, et non recludet, quia perspicue immundus est. Non pretermittimus quasi superfluus esse legislator eademque repetens in hoc atque eodem libro, sed nec distinctio sit in medio ut videatur exercere studio se frequenti legis meditatione memoriam, de quibus cum primis plene atque sufficienter exposuit. Dehinc hec cursus apparet legislator adversare, sed non ita est. Nam et si ita est proximum, multum tamen diversitatem atque differentiam habet intentionum. Hic siquidem non de quolibet simpliciter peccato sed de manifesta transgressione legalis dicit littera. Propter quod plagam lepre passionem ipsam appellavit. Non reminiscimus tantum quia lepram diximus legis esse prevaricationem, quia noceat etiam cum particularis sit, sicut lepra. Licet parva pars comprehendat corporis. Quam autem legem existimat preparari? Non eam que est de invidia et adulterio, rapacitate aut avaricia, et de honorandis parentibus. Nam similis lex erat et gentibus. Sed et eam que de sacrificiis et purificationibus scribebat: Non tangas, non gustes, non contrectes, eam que circumcidi carnem iubeat. Hec enim erant eis specialia a gentibus communionem non habentia. Si igitur plaga huius lepre in homine orta

Exod. xxi

Esdre

Math. xviii de peccato septies

I. Hebr.

I. Eccl.

Lev. xiii

fuerit. Et videns eam sacerdos album colorem in cute pprevit
prevaricationis manifestam aptamque littere ille qui voluntate atque
ex studio egerit. Hoc enim esse capillorum aspectum in album mu-
tari. id est per te animum maligna prevaricatione transferri ut supra
diximus. Habet autem ipsa species vivam carnem ut qui videlicet
et si in aliqua transgreditur, in aliis tamen legem defendit quam
frustra sanam carnem appellaret nisi et beatus Paulus sic illam ap-
pellasse videtur. aut enim justificationis carnis usque ad tempus
correctionis impositis. Lepra vetustissima iudicabitur consenescit
enim pectus et corrumpitur quia pugnam ipse continuam et vivam
habet dum in aliquibus legem despicit in aliquibus de-
fendit. Propter quod eum contaminat sacerdos et non recludit.
Vel scitur lex et separat quia perspicue in impudicitia est quomodo in-
ter abhominabiles et inmundos est qui legem inhonorat quam
ipse sibi necessariam esse ex parte custodiendo confirmat qui-
bus licet in sequentibus plano modo minus manifesta sunt ad
ea ipsa nos iam ordine compellente pergamus. Si autem efflo-
ruerit discurrens lepra in cute et operuerit omnem cutem a
capite usque ad pedes quicquid sub aspectum oculorum cadit con-
siderabit eum sacerdos. Et teneri lepra mundissima iudicabit eo quod
omnis in candorem versa sit et idcirco homo mundus erit. Quando
vero color vivens in eo apparuerit tunc sacerdotis iudicio polluetur
et inter inmundos reputabitur. Caro enim viva si lepra aspergatur immunda
est. quod si rursus versa fuerit in alborem et totum hominem operue-
rit sacerdos considerabit eum et mundum esse decernet. Non eges
multis sermonibus in presentis loci expositione. sequentia enim pre-
cedentibus et priora sequentibus ad interpretationem concurrerunt. Post hec
Jacobus dicebat. Omnis perplexa scripture sua interpretatione
non fit unam que enim est maxime ex sequentibus explanatur.
Lepram in cute diximus legalis esse littere prevaricationem bene
autem dixit in cute. que sabbatum circumcisio purificationum
que per legem sanciuntur transgressio autem non aufert anime le-
sionem. Cohereret quippe legis littera exteriorem hominem. Si ergo
eadem lepra tegat omnem cutem a capite usque ad pedes et
quicquid sub aspectu oculorum sacerdotis cadit mundus decernitur.
Si enim quispiam a toto legis littere recedat custodia et neque circum-
cisionem neque ciborum differentiam neque sabbatorum custodiam
nec pollutionum aut sacrificiorum aut ceterorum aliorum talium exercet
opus. sed ab omnibus legalibus elementis recedat. atque a capite
usque ad pedes. a primo videlicet usque ad ultimum horum mandato-
rum ad media convertatur atque perfectus fiat que hoc in conspectu
sacerdotis id est christi. ut ipse videns transgressionem impositorum
suscipiat eum, teneri lepra mundissima iudicabit eo quod omnis
in candorem versa sit ad claritatem videlicet. Hic semetipsum euan-
gelice conversationis transtulit. sicut prophetis exponentibus ad quos
dictum est. Luceat lux vestra coram hominibus. Et rursus. Sicut
in die honeste ambulemus. Et apostolus omnes filii lucis non noctis neque
tenebrarum nominantur. Quando si caro viva in ea apparuerit id est
iudaicum mandatum quia viventia, non propter accipientes, sed
propter deum illa putantur dogmata magis autem et propter accipientes
qui secundum illum modum que data sunt custodiant necesse est. ut
qui nec hec capiatur, neque illa a quibus recessit polluatur.

Sacramentis probatione proferamus viventia quidem quia dicitur
legalia iudeorum mandata Audiamus stephanum de moyse in- Actuum vii
deis dicentem Hic est qui fuit in ecclesia in heremo cum angelo
qui loquebatur ei in monte syna cum patribus nostris qui susce-
pit verba viventia dare nobis Ecce quomodo viventia appellant
iustificationes legis Quid autem subdidit Cui noluerunt obedien-
tes esse patres nostri Et quidem obedierunt quantum ad faciem
apparentis littere sed non obedire dixit Non obedire inter-
interpretationi sed solis litteris legem dantis Quia autem asserunt
ut elegis credens et postea quippiam legis gerens repre-
hensionis a sacerdotali subiacuit et inter inmundos reputatur Galat. v
xxviii q. i Sic enim et in iiii macr. de lep. Docet paulus galatis precipiens Ecce ego paulus dico vo-
bis si circumcidimini christus vobis nichil proderit Et rursus dies Galat. iiii
custoditis et menses et tempora et annos timeo ne forte fru- l. xxxi q. v no. lig.
stra laboraverim in vobis Et rursus Qui in lege iustifica- Ibid. v
mini a gratia excidistis De iudaicis etiam tradicionibus ait
Si enim que destruxi hec eadem iterum reedifico transgressorem
me constituo Quod si color sanus hoc est enim vivens Sanus
autem dicitur secundum iudeorum estimationem atque legalem comprehen-
sionem Non autem secundum veritatem reciderit in vitatem hec fuit
in albuginem idem in ecclesiastica conversatione veniet ad sacerdo-
tem christum et iudicabit eum esse deterius venire quomodo contendentis
inscitie eadem ratione qua totus lepsus ex multitudine que
pullulatur in mundicie secundum legem inmundus efficitur ita et plebs
degentibus in multitudine et persecutione legalis littere predi-
cationis inmunda per ipsam legem efficitur que non litteram
sed spiritualem mandati querit intelligenciam Caro et
cutis in qua ulcus natum est et sanatum et in loco ulceris
cicatrix apparuerit alba sive subrufa adducetur homo ad
sacerdotem Qui cum viderit locum lepre humiliorem carne
reliqua et pilos versos in candorem contaminabit eum
Plaga enim lepre orta est in ulcere Quod si pilus coloris est
pristini et cicatrix subobscura et vicina cute non est humilior
recludet eum vii diebus et siquidem creverit adiudicabit
eum lepre Sin autem steterit in loco suo ulceris est cicatrix
et homo mundus erit Beata est continua legis medita-
cio atque commisatio habereque semper in manibus thesaurum
ex quo cognitionis dei proferuntur divicie Quid obrem nos
quoque cum omni studio ea que iam nota sunt in littera latencia per-
quiramus ulcus natum et sanatum in primam curationem pre-
creatum est Quid enim sunt vulnera animarum et complent ma-
culis quemadmodum peccatum dicit et david dicebat Computruerunt
et deterioraverunt cicatrices mee a facie insipientie mee
Quid autem rursus curat anime vulneris huius apertum modo
facta penitentia Locus huius vulneris vulneris est actio
et consilium contra quod peccatum gestum est veluti david locus
vulneris fuit desiderium corporis propter hanc enim et in bersabee ad- l. ii Regum xi
ulterium et iniuriam homicidii crimen assumpsit Achabantem
cupiditas per quam in amorem naboth vinee commisit iude l. iii Reg. xxi
Joh. xii vero avaricia hec enim ei proditionis consilium dedit Paulus per
ignoranciam zelus a quo dementer ihesum persecutus est in- I Thi. i

in loco ulceris cicatrix alba id est lucida et ita manifesta ut eciam
de longe videatur. id est que evenit peccanti ex peccato pro simplici secundum
que alle propter hoc quod semel adulteratus est adulter dicitur. Raab autem propter pre-
teritorum pro secutorum. alter autem propter latrocinium latro eciam si iam a talia ac-
Josue vi | tione recessisset appellatur. non hoc nomine Raab meretrix post
multas quidem conversiones, camque que duo iuvenum ob fidem ap-
pellamus. eum utrosque se a fornicatione suspenderit. Sed quin
librum cum ulceris dixisset album hoc tamen dixit album
seu iustum fieri quia album quidem dixit quod sit ex vulnere
legalis transgressionis album legem vocans. Non enim erat
talis factura sole iusticie. et propterea rubra non erat. Ergo rubrum
quod ex evangelica venit prevaricatione evidenter appellat
utrumque tamen proximum est. in quo ab eadem intrantes enim
Isay 4 v | dicitur, Fratres his albus et rubicundus. Prius est lex ipsi
evangelium in pedibus legalibus circumcisionibus et emundacione offensus
evangelice. postea communicatis medicorum baptismata sabbatique con-
studiam et huiusmodi prohibent prevaricationes. Sed que lex magis sit
legalis transgressio ad ipsum pertinens utique Christum cuius in
... x et xv | secundum id est idolothicis carnibus sanguinis et suffocati esus. Nam
et si hec legalia sunt precepta et alia tamen ea custodire apostoli
Actuum xv | preceperunt quod ostendit Jacobus dicens. Visum est spiritui sancto
et nobis nichil amplius super imponere vobis oneris exceptis
his abstinere ab idolothitis et sanguine et suffocato et fornica-
cione. Evangelica est autem que et si non secundum legem erat. Qui-
Mt v | cumque dixerit fratri suo fatue reus erit iudicio. Et qui viderit
mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.
Si ergo sanato albo et penitencia curato peccato in loco ulceris in regione
videlicet peccati ulceris album aut rubeum videatur. secta quedam pec peccati
evangelicus sive legalis apud peccantem recepta fuerit necessarie adiudi-
catur hoc sacerdotis venit. Qui si viderit locum lepre humiliorem carne
reliqua id est humiliorem factam lesionem ipsam metem. manifesteque ani-
mi mutatam ad maliciam. hoc enim est prolapsus in candorem cordis. Conta-
minabit eum sacerdos. Semel enim in habitudine peccati factus est. et am-
ne mala de passione pullus morbuit. Unde lepram in vulnere et florentem
eam passionem legislator appellavit. Quod si pilus coloris est pristini
et cicatrix subobscura, id est penitentis ingens et sit dicimus vocem
recludi precepit. pro eo quod omnino in tali suspicione venit prius desinere su-
spicionem noluit. Et si quidem crevit et in mala gloriando multiplicata fue-
rit adiudicabit eum sacerdos lepre. Dicit autem lepram animi immundi-
ciam que crevit sive effloruit posterioribus actionibus multiplicata. Si
autem non est multiplicata sed steterit in loco suo nichil enim amplius in
hoc peccasse invenitur solum hoc peccatum quod eius cognovit de quo
et egit penitenciam mundum illum sacerdos iudicat. Cicatrix enim vul-
neris est. Humana passio. non autem quia ad hoc paratur audit sedicionem ex-
emplis his assumptis ad subtilem predicatoris probacionem, peccavit Py-
latus in duos causam non invenimus in eo mortis. et tu tamen com-
Mt xxvii | pnans eum. Sed peccatum huius ulceris sanatum est cum manus lavisset
et dixisset innocens ego sum a sanguine iusti huius. sed non presentat
cum Christum postea flagellavit. Ergo maiorem peccat et deteriorem ci-
catricem habent peccati. et recte eum sacerdos contaminavit Christus
Jo xix | videlicet quando ad eum dixit, Propterea qui tradidit me tibi maius

pe 3 d 1 · pn'lose

petrum habz Nam cum undecim iudam diceret nec huic aperto aliquid
hominem peccavit et paulus · sed cum ulcus sanatum fuisset et p vocatione
cicatricem peccati intantum sanavit ut ipse persecutorem se appellaret — Actuum ix
Ait enim Non sum dignus appellari apostolus quia persecutus sum ecclesiam — 1 Cor xv
dei Et non illud postea dilatavit Quapropter videns eum sacerdos
celestis mundum iudicavit quando anania dubitante et nolente ad eum — vas
accedere ut videlicet persecutorem atque immundum dicebat vade quia electionis — Actuum ix
mihi est iste ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel
iste [?]. Caro et cutis quam ignis exusserit et sanata albam sive
rufam habuerit cicatricem considerabit eam sacerdos et ecce versa est in
alborem et locus eius reliqua cute humilior contaminabit eum
quia plaga lepre in cicatrice est orta est. Quod si pilorum color non
fuerit immutatus nec humilior plaga carne reliqua et ipsa lepre — et
species fuerit sub obscura recludet eum vii diebus et die septimo contemplabitur
si creverit in cute lepra contaminabit eum. Si autem in loco
suo candor steterit non satis clarus plaga combustionis est et idcirco
mundabitur quia cicatrix est combustionis. Quibus de eisdem legislator de
eisdem videtur loqui sed non ita est. Nam secundum aliquid eadem dicit
secundum aliquid autem differt. cum passionem quippe premat alterum
eandem tamen passionem subinfert cum iudicationem. Superius autem de alio
ulcere dicente locutus est quod ex egritudine corporis generatur et prefert.
Hec enim solet scriptura sacra ulcera appellare que non sunt de ferro aut
lapidibus sed alia aliqua per cussione plagas vocat et vulnera
precipue de lazaro inquit quia canes venientes lingebant ulcera — Luc xvi
eius. Cum ipse quippe carnis fame in morbo et corrupte erant
illa vulnera. De eo autem qui descendit in iericho et in latrones — Luc x
incidit plagas inquit imponentes ei recesserunt. deinde post
pauca plagas istas prout vulnera alligasse samaritanum propter
manifestam ergo differentiam ulceris et vulneris vel autem plage lepre
prescripturas spiritus divinus audit. Quid ergo vere ulcus est negle
cte carnis nostre nisi corporum voluptas et ebrietas et castrimar-
gia. Hec enim luxurie et carne et in semetipsis exiliente proveniunt
Ignis autem mali invidia ignis latens et consumens paulatim
habentes se propter quod et ysaias dixit Zelus apprehendit — ix
populum ineruditum et nunc ignis adversarios consumit Zelum in
presenti dixit invidiam. Zelant enim non ut imitentur virtutes sed
ut illas impediant. operantes quod perimant. Cui ergo alienis
bonis invidia peccati ex invidia contingit et sanatus fuit prima
sententia cicatricem ne forte per primam in passionem recidat et si reversum
invenit contaminabit eum immundum esse iudicans. Terra enim — Ezech vi
sepe veniente super se bibens ymbrem et proferens herbam oppor
tunam illis a quibus colitur benedictionem accipiet a deo
Proferens vero spinas ac tribulos reproba est et maledicto proxima
cuius finis in combustione sicut paulus ait. Si autem in eo inventa — Hebreorum vi
fuerit redisse ad iniquitatem sicut invidia nec exaspatione post
sui diffusum (?) post peccato latius ulcus habuit. mundum illud
sacerdos iudicat ut pote qui semel per primam est mundatus. dicit
bit autem et pilum intendendo se mutabit in album et si humilior
est a cute locus. que omnia plenissime in superioribus
interpretati sumus. Ideo enim hic breviter ad ulteriora est ut
ad futura curramus

Vir sive mulier in cuius capite vel barba germinaverit lepra intuebitur eos sacerdos et si quidem humilior fuerit locus carne reliqua et capillus flavus solitoque subtilior contaminabit eos quia lepra capitis ac barbe est. Sin autem viderit et locum macule equalem vicine carni et capillum nigrum recludet eos vii diebus et die septima intuebitur. Si non creverit macula et pilus sui coloris est et locus plage carni relique equalis radetur homo absque loco macule et recludetur vii diebus aliis. Si die octavo visa fuerit stetisse in loco suo nec humilior carne reliqua mundabit eum lotisque vestibus mundus erit. Non de quibuslibet hic sed necessariis hoc mandatum lex dedit. Neque enim de solis actionibus, sed et de divinis dogmatibus pertinebit. Divisio quoque competenter eius describitur. Primum quidem discretionis vite, deinde eorum que ad dogmata pertinent diligentem curam gerens. Leprosum autem ponit non tam specialiter hominem alienum sed quod dicit vir sive mulier designans, perspicuus quid oporteat intelligi hominem. Cur autem hic explanatione in hac congruit, ut videlicet non agnosceremus inherentem cium infirma putatur sive peccat in dogmate. Hic quoque peccatum lepram in capite et in barba propterea appellat quia hec sunt propria necnon corporis, et ex hac ostenditur non ita que est impietatem dogmatum provenire, sed erga valde necessaria et sine quibus non potest sicut nec sine capite homo subsistere. Ipsius et David scriptum utriusque similiter cum mandatum volens ostendere unguento hinc a capite in barbis descendenti comparavit. Dicit enim: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron. Unde errare contingit in dubitate contingit maculam lepre in barba et in capite habere. Hinc sacerdos inspiciat et si viderit humiliorem locum carne reliqua et in sensibus perscrutatione ex blasphemia factam. Quomodo autem hoc sit, idest si pilus flavus solitoque subtilior fuerit, idest et si non humilius, videlicet tamen animum ad blasphemiam intendit. Hoc enim subtilem esse pilum et neque efflorere sed planescere ostenditur. Contaminabit eos sacerdos. Quare ? lepra capitis ac barbe est vel sicut lex dicit. Voluntas est intricatus enim ad malo et eius ad tantum pervenit impietatem. Si viderit locum macule equalem vicine carni et capillum nigrum et non exuberet hoc quod ex maxima blasphemia apparens animo est voluntas inspicientium idest impietas dogmatis recludet eos vii diebus sacerdos ne per pena tantis quoniam destructe probationis causa. Tempora namque in omnibus quidem discretionis tamen in hiis quidem hoc circa dominum tempus vacat. Intuendum est deinde quomodo per reclusionem indicat. Admiranda est discretio qua tenet eos qui impie indagnationibus agunt. Si non creverit macula videlicet impietas et capillus sui coloris est idest nec capillus flavus in ea est tamen non potest cogitare propter nefandam turpitudinem, sponte aut invitus impie egit. Tunc iubet radi hominem absque loco macule. Apte quo alia radi precepit verba et castigari, si forsan in excelsis comprehendi possit utrumque per subreptionem sicut evenire frequenter solet. Animalibus ... impiorum sicut locutus voluntas aut contigerunt

radi non precepit quia tibium in quo delinquet[ur] quod semel qui pe-
ccavit negavit dimidicari iam non oportet. Omnis enim reum in-
dicet peti eum qui quod confessus est lingua, voluntate se [?]tulis-
se negat. Quando autem & eo se indicans non comprehenderit
crevisse maculam nec dilatatam mea viderit impietatem qui
blasfemans omnino polluit stolam baptismatis, recte eum precepit
per penitentiam lavare vestimenta, et tunc mundus erit quia omnis
impietas per quandam penam mundatur. Verumtamen hic si predicto
immundatus, in impia rursus locutus fuerit, non inspiciet sa-
cerdos de pilo flavo, non quaeritur inquit quo animo impia lo-
cutus sit, sed quia mea de quibus penituit recidit, immundum eum
recte esse iudicat. Si non capillus niger fuit, id est si non lugens
apparuerit impietatem. Lugens non solum habitu sed et
animo et cogitationibus. Vidimus namque mane lugentium est
spiritum. Quem autem interiorem hominem oportet lugere peccantis quia
cogitationes corrupit, recte eius penam per pilum nigrum significavit
Potest quod ecclesia dei servitium diligens in luctuosa stola pene de-
coratur. et ideo formosam se, quia nigra est dicat sicut legitur Nigra Cantica 1
sum sed formosa filia ierusalem id est quia in penitendo stola sit luctus
induta. Dicit enim qui penitentiam agit sacerdos inuidit quoniam
ei hoc evenire conspexerit. Sed sufficiunt de his que inde contin-
gunt impietatibus tam ex voluntate quam ex ignorantia locutus
ad alia in eius moderatiam sermonem vertit. Vir et mulier in cuius Cor 4
cute candor apparuerit intuebitur eos sacerdos si deprehenderit
sub obscurum alborem lucere nitide sciat non esse lepram sed ma-
culam coloris candidi et hominem mundum. Iam et nos sicut dominus sen-
drop in legis scia, cum eo dicamus. Non fecit taliter omni nationi
et iudicia sua non manifestavit illis. Cum magna districtio-
ne supremis iudiciorum dogmatibus et eorum prevaricatoribus usus
fuisset, invenit qui de illis loqui suppleverit recte sic austeritatem
depascit districtionis et de his que secundum legem iudaicam dogmati-
bus loquuntur et que in eas sunt culpas sub obscurum alborem et
lucentem esse dixit. Quemadmodum ergo claritatem albam esse dixi[mus]
transgressorum legalis littere. sic et omnis ignorantiam sub obscurum
alborem et lucentem intelligas dici. Ignorantia autem hoc omnis que
dicit nec eorum que communia cum lege naturali vel evangelicis pre- Exodi 17
ceptis sunt possidet. Neque enim ignorare non occides non mechaberis
non furtum facies. cuilibet ignoscitur, sed quorundam particula-
lium parvorumque mandatorum ignorantia videtur quod oportet mun-
dari menstruatam, quod offerri parientem masculum, quod enim pro
ea que femina peperit, propter quod eam sub obscurum alborem in
parte parvas vel actiones particularium preceptorum ignorantiae habentem
appellavit. Qui ergo talis est non habet necesse mundari. Neque
enim ad iustificationem pertinent mandatorum. Sicut aggravaret eos
eorum neglectum tradita sunt, propter quod et deus per prophetam dicebat, de- Ezechiel 20
di eis precepta non bona, et iudicia in quibus non vivent
Vir de cuius capite capilli fluunt, calvus et mundus est et si a
fronte ceciderint pili recalvaster et mundus est. Si autem in cal-
vitio sive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus
et hoc sacerdos viderit, iudicabit eum haud dubie lepram que orta est

in calvitio Reminiscendum est quia capillos pro cogitationibus in-
telleximus. ornare quippe caput ac tegere constituti sunt sicut cogitationes
mentem. Nunc autem nec omnimodas cogitationes deducimus ad medium
quia et capillorum incompositio feditatem potius praebet. Insuper quem-
admodum capillorum quidam decidunt alii autem renascuntur, in illo quoque tempore
nasci cessant. sic et his que sunt in mentibus cogitationibus recedentibus
aliae renascuntur. Ergo hic calvum appellat simplicem hominem non
eum qui omnino insipiens est aut irrationabilis. Quis enim est ho-
mo qui non capillos licet paucos in capite habeat. Hunc ergo destitu-
bit qui cogitationes paucas pro simplicitate gerit eumque simplicem
esse recte precepit. Sic quippe et medium consorte nature. Unde
eum et columbe comparat dominus. Quare autem huiusmodi personam omnino
indubitate legislator addixit. Quia melius est cum innocentia
habere etiam prudentiam. Quod manifestum est ex his que dominus dicebat
Estote sapientes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Sed licet
laudabile sit illud tamen accipiendum non est. Quemadmodum enim nunc constat
eum qui ex toto simplex est. Nam hoc intelligendum est in capillis fluen-
tibus hoc est tabescentibus in fronte que et calvastrum appellavit;
hic autem de priore deterior est. Nam melius quidem est virtutes abscon-
dere. si tamen aliquis gloriam earum perdat tolerabilius passus est et veniam
venit postquam erit nudus. Quia enim secundum faciem divina scriptura
per virtutes et coram hominibus per eas dictionari. Attende Pau-
lum dicentem. Et que secundum faciem sunt videte. Si quis confidit sibi
Christi se esse hoc cogitet iterum apud semetipsum quia sicut ipse
Christi est ita et nos. Hoc autem si nullum periculum ex simplicitate simplicis
generatur. Si autem facta fuit in calvatia eius aut in recalvatione ma-
cula alba aut rufa lepra est. Quare quia nemo sic est simplex, ut
nesciat quia non debeat manum in ignem mittere neque in precipitudinem
semetipsum dare neque acutis gladiis ~~[illegible]~~ [illegible]. Si
autem hoc sit [illegible] non amplius novit quod accedere malum sit, quod de-
trahere pessimum, quod idololatria commedere iniquum atque mulierem alienam
concupiscere sit iniquum. Si quem ergo sacerdos maculam habentem
albam aut rufam in calvitio aut in recalvatione eius, id est ea que ex
toto vel ex parte simplicitate evangelicam vel corporalem eius normam pec-
cantem per ignorantiam fuisse repperit condempnabit vel contamina-
bit eum. Quare quia haud dubie lepra orta est in calvitio vel re-
calvatione quia in capite eius macula eius agit. Post quia invali-
dus et necessariis peccavit in omnibus nemo peccans venia me-
tur; naturalis enim lex ad quam necessaria legis tendunt et mul-
to magis evangelica precepta nec ab animalibus quidem sunt aliena
simplicibus. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra et separatus ad ar-
bitrium sacerdotis habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste
contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit omni tempore quo
leprosus est et inmundus solus habitabit extra castra. Ea que ad faciem
est in expositatio littere omnino inutilis videtur esse ridicula. Quid enim
prodest vestimenta dissuere aut caput habere nudatum, os contectum
sit ille enim qui corpore leprosus odorem spirat putoris ut recte absim-
hominum Dei operiat ora. Sed quia leprosum legislator intellexit eum
qui secundum predicta peccata inmundus est, necessarie eius dissolutum ve-
stimenta precepit ut per hoc cognosci possit quia dissolutas virtutes
atque vires anime sue carum ab estu atque gelu peccatorum portarunt ca-

Math. x

scutum fidei habere aut certe caput nudatum propter quod ut potest salutis galeam
non habentem: quam Paulus intelligibilia arma simul praecepit. ad Ephe. vi
os etiam non fuisse armatum propter quod sed quia cum mali gradus peccatum sit
et omnem pravam civitatem exaltatur multo magis tamen cum que
lingua est possidet simul etiam et adversus dignitate hunc qui
talis est prohibet Quoniam enim carnem coheret qui est ipse culpabilis
quomodo quis fuerit propriat non peccari: qui mechatur vult non Ro. ii
mechari Unde et David dicebat peccatori autem dixit deus quare tu enar
ras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum. tu vero odisti
disciplinam et proiecisti sermones meos post te. et non quidem semper hoc.
sed omni tempore quo leprosus est. Omnibus diebus quibus in eo fuit
macula. Quid ergo per hec significat quia et si semel pecca-
vit etiam si non addiderit ad peccandum. immundus tamen usque dum
peniteat dicitur. Quia sine penitencia leprosus peccati permanens non mundatur.
Quae macula intelligitur lepre in ipso manet. Propterea verus
leprosus id est peccator solus ac separatus habitat tamen ut confundatur
quatenus ut nullius societatis eius contagio noceatur Unde dominus precepit
de eo qui peccaverit et ecclesie ut corrigeretur atque emendaretur contempserit Math. xviii
obedire Sit tibi inquit sicut ethnicus et publicanus habitabit
extra castra. Leprae quippe mandata etiam aliis nimis sunt
secundum spiritum consonantia. Unde Johannes separans ab intelligibili tabernaculo ii Joh. i
intelligibilem leprosum in catholicis epistolis scribit. Quicumque
venit ad vos et hanc doctrinam non affert nolite recipere eum
in domum et ave ei ne dixeritis Vestis lanea aut linea que le-
pram habuerit in stamine atque subtegmine aut certe pellis vel
quicquid ex pelle confectum est si alba aut rufa macula infe-
cta fuerint lepre reputabitur ostendeturque sacerdoti. qui consideratam
recludet vii diebus. et die septimo rursum aspiciens si crevisse
deprehenderit lepram perseverantem est pollutum iudicabit vestimen-
tum. et omne in quo fuerit inventa. et ideo comburetur flammis.
Quod si eam viderit non crevisse precipiet et lavabit id in quo
lepra est. recludetque illud vii diebus aliis. Et cum viderit faciem
pristinam non recepisse nec tamen crevisse lepram immundum
iudicabit et igne comburet eo quod infusa sit in superficie vesti-
menti vel per totum lepra Sin autem obscurior fuerit locus lepre. postquam
vestis est lota. abrumpet eum et a solido dividet Quod
si ultra apparuerit in his locis que prius immaculata erant lepra
volatilis et vaga debet igne comburi si cessaverit lavabit aqua
que pura sunt secundo et munda erunt Ista est lex lepre vestimenti la-
nei et linei staminis atque subtegminis omnisque supellectilis
pellicee quomodo mundari debeant vel contaminari. Unde quorum-
dam scriptum ac nimis abiectum legislatorem estimat qui
de stamine atque subtegmine que trama vulgo nuncupatur
loquitur vel aliquis quotusque animas audientium legis possit
ad modica componere Quid enim inquiunt predicatum scriptum quod
terrene sive stramina lepre quod pelliceas maculas habentes
necesse erit Nos non oportet ad solam intendere litteram
sed ad fructum spiritus Qui quemadmodum sub folia ita sub littera
legalis nuces custodire Tantam enim curam verus legislator gerit
ut non solum de illa cautos faciat lepra que ex his que iam
dicta sunt petitus crevit. sed et de hac que frequenter circa

virtutes eveniet. Dum male eis aliquis uti solet. Alia igitur vestimenta
anime alia vestimenta sunt corporis. que nec sordidata nec expoliata
contristant. Racionis enim Joseph retinere egiptia vestimentis spolian-
dus erat. vel quomodo pilis cameli baptista Johannes induebatur.
sed ea que sunt anime oportet esse electa de quibus Salomon dicebat.
Omni tempore vestimenta tua sint candida. David eciam dicit Omnis
gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circumdata varietate.
Glam intus anime decorem asserens in fimbriis aureis
videlicet sunt virtutes. Sed horum vestimenta quedam sunt lanea quedam
sunt linea lanea pauca et magna multorum talofaciencia linea
pro nulla parumque talofaciencia. Linea vestis anime est virginitas. De castitate virginali et continentia coniugali
lanea castitas coniugalis; laneam acquirere vel a possidendo continue-
ncia. Lineum habitaculum largitas rerum. Laneum vero philosophia
Lineum munitate honestas sine modestia; laneum vero ad mortem
prius veritate testari lineum falsum loqui. Unde et Salomon eciam
duplicibus vestitam hec significatum asserens dicebat. Quesivit
laneam et linum et operata est consilio manuum suarum. Et rursus
Ostragulatam vestem fecit sibi byssus et purpura indumentum eius.
Habet enim ecclesia lanea vestimenta et linea, byssum et purpuram
qui in coniugio et in virginitate decori sunt, omniaque alia que
a nobis modo sunt dicta commisse. Lanea vestimenta et linea significare
prediximus. Sed quia stamine atque subtegmine ex quibus contexte
fuerunt vestes legislator meminit, ipsum vero subtilitatem
stat presentare deposcit. Duo ergo hic racionem nobis procurat virtu-
tem intencio nostra et divinus nutus sive gracia et subtegmen est virtutum
in vestimentis. Intencio nostram intencionem, stamen autem dei nutu
et gracia quia stamen est in vestimento firmius quomodo et dei nutu
vel gracia incorruptibilis in nobis atque incommutabilis perstat su-
stinens subtegmen vestre intencionis ut perficiatur bone actionis
vestimentum. Pelles ex quibus conficit quod post temptaciones
perstat ... fide et virtute tribulaciones dicit pelles; quare
anima quemadmodum mortua pellis est, de qua fieri potest vas vel
tandem de ea tegere forsitan, aut cadus, aut stratum, aut pellis
tabernaculi aut aliquid aliud sit utile. Sed et tribulaciones et
temptaciones mortificant in se hominem. Humiliant enim eum
et valde in nichil redactum. Videmus vas tamen ex eis bonum
et utile fit paciencia atque probacio que omnino a deo bona sub-
sequitur. Ait enim Jacobus. Beatus vir qui suffert temptacionem
quia cum probatus fuerit accipiet coronam quam repromisit deus diligentibus se.
Ait et Paulus. Tribulacio pacienciam operatur, paciencia autem probacionem,
probacio autem spem. spes autem non confundit. Vides quanta uti-
lia vasa ex pelle tribulacionum et temptacionum fiunt. Quia
enim pelles tribulaciones et temptaciones appellamus ut sit meo-
rum Audi Job dicentem de suis tribulacionibus et tempta-
cionibus. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum et
derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei mi-
seremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me.
Prohibet enim nec minutum prestare quod est vestimentum, vel
magna est vel in medio eius. Habent enim lanearum et linearum dif-
ferenciam quemvis maculam nive albam aut rufam vel sit

lxx inundantem aut flammescentem dicit aut viridantem superbiam flamma
tem cenodoxiam Hec enim sunt angelorum prevaricatio quia ideo Christus vir
tutes a vana gloria liberas esse precepit Et neque ieiunare neque misereri mth vi
ad placendum hominibus iubet. probe quippe mercedem suam eos iam
ita fatuit affirmat Qui enim ab omnibus laudari volunt quemad
iam laudari adverso expectabunt Viridans autem superbia intelligitur
quia admodum floret velud virencia ita ut dicit David Vidi impium
pium super elevatum et super exaltatum super cedros libani et transivi
et ecce non erat Et rursus de eisdem / Sicut fenum ita arescent et
sicut olera herbarum cito cadunt / Sed et moabitarum populus quasi fun Num. xxii xxiii
te superbie subiacebat ut aliis omnibus gentibus Israel tunc tibi
ipse transeundi aditum in illatum non daret sed armis intercedit
Et balaam ad maledicendum conduxit mercede Unde apud ipsum
a balachar quem quasi ignorante quid diceret appellatus est. Dixit
enim ad maiores natu madian Sic delebit hic populus omnes qui
in nostris finibus commorantur quomodo solet bos herbas usque ad radicem
carpere Ergo apte probatum est quia superbiam seu vanam gloriam probabiliter
ad herere virtuti sed nec in stamine, sive in subtemine vult lepram
que dicta est evenire id est ut nec ipsum cum superbia vel vana gloria virtu
tes intendamus nec adeo nobis tales quam conveniunt deprimamur
Sed nec temptationes cum aliquis ex hiis nos legislator sustinere
desperat Quod si tale quippiam forsitan ut hominibus evenire con
tigerit in presbitero ea a sacerdote vult et neque virtutem neque intencionem
virtutis nec temptacionum paciencia repellere mox et deinceps
munda ex suspicione superbie vel vane glorie precepit nec rursus se
munda superbie sed separare eos vii diebus et temptare discernere
passionis Et siquidem crevit immunda sunt predicta omnia in quibus
istud evenerit Quia lepra perseverans est ipsum quod et flammis iubet
illa comburi Ergo flammam gehenne significat et future temporis
memoriam facit Neque enim dixit in igne cremabitur sed in igne
cremabitur Si autem post reclusionem eius videt non crevisse pa
piet et lavabunt id in quo lepra est id est diluere ea altius precepit
precepit Deinde post ~~diluvium~~ recludere illud vii diebus rursus /. Dilucom
iubet et exquisite iterum inveniat maculam superbie vel vane
glorie permanentem quamvis non creverit tamen inconmutata ob
lepre est quia ad penitenciam non migrat immunda est et igne combu
retur Confortata est enim passio et propterea virtutem homo debet corri
gere ea vult nec intendere Si enim obscuras sunt loca lepre id est
incerta lepra et dubia post quam vestis est lota per penitenciam ab
scidere passionem a vestimento virtutis ceterum predicta sunt precepit
Quomodo autem superbiam abrumpit valde melius se humiliatus
similiter et vanam gloriam omnibus a se removens modis id est omnes xiii
ut nec hominibus quibus superbie passio utitur nec laudibus
quibus vana crescit gloria delectetur ut gaudeat Sic quod quisque
ut nec quidem in suspicione cum hanc mutat et tunc mundus
est patet Sin autem ulterius apparuit in hiis locis que prius ma
culata fuerint id est in vestimento et in subtemine vel in stamine
vel in pelle id est in virtute aut ipsis temptationibus ad hoc eandem
sustineat passionem per qua ablutus est vel penitent atque in
causa permanet immundus huiusmodi reputatur et ignibus eum gehenne

suscipit quia lepra volatica et vaga est, id est quia hoc quod semel ma-
nule deductum siccatur id est peccator qui semel suspicione mundatus est [Math vi]
rursus lavari vult, ut tunc mundus nominetur. Unde aptissime illud
per intelligentiam legislator innuit. Quid de eodem peccato frequentibus mult-
lacrimis penitere. Frequentius enim commemoratus, nec ipsi volumus p-
mittit prevalere nec aliud. Quia ergo et de enumerationibus virtutes
maculis legislator purificationes precepit, iam per que lepra sanari vi-
deat agnosce. Hoc enim intendens invenies quia legislatori de lepra
illa cura fuit, que ex delictis maioribus nobis infligitur.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Hic est ritus leprosi [L Cxiiii]
quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus
extra castra cum invenerit lepram esse mundatam, precipiet ei
qui purificatur, ut offerat pro se duos passeres vivos quos vesci li-
citum est, et lignum cedrinum vermiculumque et hysopum, et unum ex pas-
seribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viventes. Alium
autem vivum cum ligno cedrino et cocco et hysopo tinguet in
sanguine passeris immolati, et asperget illum qui mundandus
est septies ut iure purgetur, et dimittet passerem vivum ut in agrum [l' iure]
avolet. Cumque laverit homo vestimenta sua, radet omnes pilos
corporis et lavabitur aqua, purificatusque ingredietur castra, ita dum-
taxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus. Et die
septimo radet capillos capitis barbamque et supercilia ac totius
corporis pilos, et lotis rursum vestibus et corpore. Quia non
nos oportet negligenter arbitrari quempiam legislatorem dicere,
illud te oportet notare presentibus quod ea que de mundationibus
sancit solo Moysi non etiam Aaron sicut superius loquitur, quia Moy-
ses personae imaginem Christi secundum illos qui dicti sunt gerit mediatoris.
Solius autem Christi communis lepre competit emundatio. Propter quod nec de lepra
viri nudi que fit in ulcere vel cicatrice aut inustione aut alia
loquitur, sed ait: Hic est ritus leprosi. Per hoc omnem speciem lepre
complecti volens. Quia autem et Christus omne genus peccatorum mundavit
lepre et nimis simillima est mysterio eius presens materia quod
ex eo discimus, quia leprosum non venire ad sacerdotem, sed ad eum
ire sacerdotem precepit, neque adduci eum qui mundandus est quem-
admodum et Christus ad nos venit et eos qui ab eo mundari aliter ab
illo necessario indigebant. Et extra castra ad intuendum eum qui mundan-
dus erat egredi sacerdotem precepit, sicut nos Christus extra castra
passionum veniens dispensationis scilicet que tunc posita est visitavit.
Non prius autem hoc egit quam videret quia macula lepre ab eo
separaretur, id est antequam nos caruisse vidisse cepere. Unde quo-
niam non solum ex plebe iudaica crediderunt, sed et paganorum
ascendentes eum videre cupiebant ~~intuentes~~ miraculis, hec
apostolis dixerat: Venit hora ut glorificetur Filius hominis. [Ioh. xii]
Quod iudicit quod paratum esset humanum genus ad liberandum sa-
lutem per penitentiam. Hoc enim et gloriam suam appellavit. Tunc sacerdos [quod duos passeres vivos fert]
suscepit. Ducebat duos passeres vivos quos vesci licitum est.
Habuit enim hec Christus divinitatem scilicet et humanitatem, quia munda
Christi et iam humanitas et vivens est, munda quidem utpote que
peccatum non habuit, viva autem ut que genita ne ex viri

inmunditia . et ideo non fuit maledictione mortis obnoxia. Simul et
iungit et lignum cedrinum id est crucem. Cedro autem idem significatur quia
cedrus in lignis fortis. Nam et arca de lignis cedrinis facta fuis-
se asseritur quia lignorum imputribilium in constitutione eius moyses
mentionem fecit. Simul et vermiculum idest coccum quod lex ta-
cedinit coccinum tortum videlicet passionem. Dicitur enim Christi tinctura
sanctificatio coccinum. Unde clamide coccinea eum induentes ad pas-
sionem eum milites induerunt. Torta dicitur autem esse quare dixerunt — Job xix
Christi passibilitatem quam tenerat Christus quod in eum passio secundum quedam
est modis. Ysopum autem herbam aromaticis odoris gratia spiritus coopera-
trix emundationis nostre est. Unde David Asperges me domine
ysopo et mundabor. De passeribus quod quos diximus ad Christum
[illegible] precepit immolari vel occidi id est ideo quod erat passibile. Atque
portat [illegible]. Et occidi in vase fictili super aquas viventes in
nobis enim idest pro nobis. Significatur autem vas fictile de luto
videlicet facti vivificantis secundum carnem occidit super aquas vi-
vas idest baptismatis. Mors eius quippe [illegible] significat — Ro vj
baptisma. quod ostendit paulus dicens. Quicumque in Christo bap-
tizati sumus in morte eius baptizati sumus. In hoc vivens
passer et lignum cedrinum et coccinum tortum et ysopum
tingitur. Omnia enim hec comprehenduntur in utroque baptismate
quod diximus domine esse passionis. Figura significatur [illegible]
vivens passer que in unigeniti necessarie divinitate acci-
pimus. In sanguine etiam huius occisi passeris et aqua tingitur
de in[illegible] baptismatis quia non in hominis passione sed dei
et hominis baptizamur. Deinde post hoc vivens passer in agrum ut
avolet dimittitur. quod impassibilis divinitas et inseparabilis erat — de unione verbi et carnis
a carne que passa est. Unde ut inseparabilis in sanguine baptizatur
ut impassibilis vivus in agrum avolat ad latitudinem videlicet con-
templationis emittitur quod illum dimittente [illegible] intellectu. Pub- — in ro vj
licus enim contemplatione tenetur solummodo sponte detenta vel a nul-
lo alio detineri possit. Inspicit his qui mundatur et vestimenta lavat
videlicet actiones et si quas virtutes habuit quia et has peccato pol-
luit lavat autem penitentie et radit pilum id est omnem cogitationem
depravati quia antea eas habebat inmundas et lavatus aqua penitentie
aut baptismatis tunc necessarie mundabitur. Nam et si inmundus eum
superius nominavit. Dicit enim Sumptis inmundis sicut esse mundus offeret
duos passeres. Sed eum qui aptus erat ad mundationem pretendebat. Nam
quoniam his qui iam mundus est adhuc necesse habet mundari.
Tunc et in castra ingreditur ut conventum intret et unum sit atque intelli-
gibilium contractuum socius et alterius communionis quod tunc fidelibus
habetur. Reiteratur. Scilicet ac quia prohibentur hi qui nec dum mun- — 1. Cor vi
dati sunt peccatores; audi apostolum dicentem. Si his qui frater nominatur — fiat
aut adulter est aut avarus aut detractor aut ebriosus aut ra-
pax. cum huiusmodi nec cibum sumere. Verumptamen vii diebus
extra tabernaculum suum manebit; ad hunc scilicet communionem perti-
nentes licet custodiatur et paulatim ad interiora proficit. separatus
tabernaculo enim unusquisque nostrum mysteriorum ad expiationem. taber-
naculum a gelu tegentis nos et ab estu. Tabernaculo in quo
cenat cum deo sicut cum patre filius aut ut sponso sponsa vel
si aliquid aliud dicitur quod magis ad proximitatem significandum

ptinet / et die septima radit capillos capitis. barbamque et supercilia
ac totius corporis pilos. Qui hic non solum caput sed et barbam et super-
cilia et omnem simpliciter pilum qui in omni corpore est ac pilos et ac
cultum parent radi precepit. Nullam quod cogitationem veterem remanere
vult non solum illas que ornatu hominis ut patebat rationali. Et multa
de diversis discrepantia presentant. Illas enim per caput preter ornatum et multi-
tudinem significat sed nec has qui hominem contemplatum con-
stituunt de sublimibus et de minoribus rebus cogitationes hec enim
super cilia designatur que in altioribus sunt sita. Et circa eadem
pluriorum manifesta sensus organa sunt ut illas que discretionale
9tin fluentes per barbam recte significatur. Nam barba maxime
inter virile genus et muliebre discriminat. Hec autem omnia quoniam eius
carere cogitationes cupiens precepit sed nominatum et quasi nuda ge- xiiii
Ephes iiij nitura fieri volens et expoliari veterem hominem ut capillitio nunc
Novo incat ei qui antiquum rasit pilum alius novus et recens
nascitur qui et hinc veteribus carenti cogitationibus alie nove ad
meliora pullulant. Lavare etiam iubetur vestimenta sua id est actio-
nes immundas efficere. Et lavabit totum corpus aqua secunda
utique illud lavans. Nobis autem non est secundum baptisma unus Ephes iiij
enim deus una fides unum baptisma. Et quomodo secunda lavabitur
nisi ab solute per lacrimas. hac enim non semel nec bis sed tercio et
frequenter licet purgari quia et david dicebat facte sunt michi lacrime mee
panes die ac nocte. Sufficiunt quod et hec sufficere intendentem causa
ea que secundum spiritualia spiritualibus lex precepit et vere lepram id est
peccatum nostrum deleat. Propter quod omnis emundationis plurimas
precepit. Item in multis casibus aliorum per triarum corporum germinum propterea esset
subtilior tamen probatio erit horum ex subsequentibus. Assumet
duos agnos inmaculatos et ovem anniculam absque macula et
tres decimas simile in sacrificium que conspersa sit oleo et seorsum
olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominem statuit eum
et hec omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonii tollet
agnum et offeret illum pro delicto. Oleique sextarium et oblatis
ante dominum omnibus immolabit agnum ubi immolari solet
sua pro peccato et holocaustum id est in loco sancto. sicut enim pro peccato ita
et pro delicto ad sacerdotem pertinet sancta sanctorum. Assumensque
sacerdos de sanguine hostie que immolata est pro delicto ponet
super extremum auricule dextre eius qui mundatur et super pollices
manus dextre et pedis et de olei sextario mittet in manum
suam sinistram tinguetque digitum dextrum in eo et asperget
septies contra dominum. Quod autem reliquum est olei in leva ma-
nu fundet super extremum auricule dextre eius qui mundatur
et super pollices manus ac pedis dextri et super sanguinem qui
Delicto fusus est pro delicto et super caput eius rogabit pro eo coram domino
et faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustum et
ponet illud in altare cum libamentis suis. et homo rite mun-
dabitur. Hinc quia lex spiritualis est quod apostolus paulus ait ut
spiritualiter de indicamentis non discipimus fructibus legis qui
occulta in littera post quam enim prima die qua egreditur sacer-
dos extra castra immolari ad emundationem leprosi precepit Hic
rursus inter octava die alia per eum sacrificia iubet fieri Octava

eius dies eandem quam prima ingerit, quia omne prius tempus in ebdoma-
da diebus continetur. Post quos octava est, equalis ut diximus vir-
tutem prime gerens, immo omnino ipsam resonans. Est autem hec in
qua salvator resurrexit in qua in castra ingredimur. Post hec dies
septem enim qui mundatus lepra sue die medica octava in castris
ingredi precepit. Ea castra quedam utique illa que Iacob preter-
eam vidit quando angelis sibi occurrentibus locum castra dei ap- Gen. xxxi
pellavit. Ad hec mundatus leprosus ut post olim infirmitatis tempore
resurrectionis venit. In cuius figuram octavam diem sicut diximus
legislator accepit; que autem in eadem octava die agi precepta
sunt imaginis eius qui secundum nos est mysterium gerunt. Precepit si
quidem duos agnos immaculatos agniculos sumi et unam an-
niculam immaculatam unius, quorum quidem unum pro peccato, alium autem
in holocaustum precepit immolari. Omnia autem hec figuram gerunt
sacrificii salvatoris. Ipse enim propter nostra peccata et delicta in signa ipse
in holocaustum fuit. Utriusque autem genere propter ea sacrificium afferri
precepit ut ostenderet quod christus pro nobis occisus simul masculos
feminasque salvavit. Non solum autem agniculum mitto quod pre-
cepit, sed postremum pro hoc sacrificium signavit. Omnis sacrificii sicut docui-
lit ista figura gerit. Perfecta enim in predictis animalibus sunt an-
nicula animalia, ita ut ad filios generandos sint idonea. Sed
quia eum qui mundatur super sacrificium unguenti etiam sacra-
tatus trinitatis. Significari oportet tres decimas in simile idem
trinitatem patris et filii et spiritus sancti unius habentem in una quaque persona
perfectionem. Perfectus quippe est denarius numerus, propter quod et dominus di- Luc. xiii
cebat: Simile est regnum celorum mulieri que accipiens fermentum
abscondit in farine sata tria usque dum fermentaretur totum.
Unum autem hec conspersa oleo in sacrificium iubet. Sacrificium autem
dicit unguenti quod in oleo conspersum est. Quod ob compassionem
nostram gestum est, sed quoniam dicimus in eo tres offerri simile
decimas. Ut qui et si unguenti passionem totum sub trinitate
hec quod ex illo sacrificium actum est mysterium fuit. In nomine
enim patris atque ipsius unigeniti filii et spiritus sancti etiam baptisma
agitur in quo in morte christi baptizamur et totum ipsum mysterium
in eo sanctificatur. Precepit autem et sextarium olei sumi quia
fide intelligitur et legitur unum quasi quod eorum que predicta sunt
que recte sextarium nominatur quia quemadmodum sextarius men-
sura est et sicula secundum legem. Dicimus idem in figuram unius
humane et plus non capit. Quod enim plus est effunditur.
Minus autem propter canon suscepit quia hoc quod minuit neque quam
iam sextarius vel cotila potest appellari. Sic et fides ad
motus nostre mensuram datur, quemadmodum capit amplius aut minus
quam unicuique a deo est dispertita cognitio. Quod vero minus
est aut amplius ad infidelitatem tendit. Sed quamobrem
sextarium olei vel cotilam dixit quia misertus ingemuit
deus humani generis cum illud ad explenda legis opera
infirmatum vidisset. Iam non ex operibus salvare sed per-

sed per fidem hominem voluit. Gratia namque ex misericordia atque compas- ad quod
sione praebetur, ex fide comprehenditur sola. Non ex operibus, ut Pau-
Ro. xi lus dicit: Nam gratia iam non erit gratia. His ergo acceptis ad ostium
tabernaculi testimonii, id est ad ingressum intellectus scientiae Dei, qui mundatur
est adductus. Sacerdos autem sumens agnum unum pro delicto immolat
atque suae corporali passione. Nec esset hoc sanctius sicut quibusdam
videtur. Quid erat necesse agnum pro peccato immolari? seu quia ad
bibebat propter infirmitatem videntium mysteria atque spiritalem
intellectum abscondit in littera. Sic etiam dat quasdam occasio-
nes contemplationis per litteram et verba quae significant sicut intelle-
ctum spiritus. Unde et nunc cum agnum unum pro peccato praecepisset immo-
lari, qualem non dicit, quia ipse est pro delicto tum pro delicto. Mulier
cum aures a lepra detinebantur, propter quod ergo sic fecit nisi forte
ut auditum muniat et cautum reddat, ne seductionis peccatum introduxit. Quia ipse Adam
sicut per pedem vero omnes processus motus et vias comprehendere. Per manum autem actiones sancti-
et perficere voluit. His enim custoditis per singula intelligibilis
agnum et fidem quem necesse est nobis per misericordiam et
compassionem eius donata est intelligibilis leprosi neque quam
potest hominem penetrare quinque et oleum sextarium seu [illegible]
le quem esse fidem diximus in manum mittit sacerdotem [illegible]
ut sacerdotis fides qua et nos perducimur in lepribus mundatur.
Vel enim alter mensura est in sinistram manum assumpta sunt idem ac-
tione conformata et signata operibus. Intinxit autem oleum
in sinistram manum et intingit digito dextro in oleo sicut ait
2a Cor. vi Paulus: Per arma iustitiae a dextris et a sinistris, videlicet
per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, et quae
his similia sunt. Tunc aspergit septies contra Dominum. Praesumit
enim talis sacerdos apud Deum quando mundare eos [illegible] necessi-
tatem petiit et dimittere eis peccata potuit. Propterea septies
aspergit, quia numerum istum remissionis perfectum esse
demonstratum est. Sed postquam fundit super extrema dextrae
auriculae et super pollices manus ac pedis dextri, secundum
quod supra diximus, reliquum olei in capite fundit eius qui
vocatus est ut mundaretur. Pro ea sanctificatione omni perstantis cor-
poris Christum quidem cum eo qui mundatus est per hanc unctionem
efficaciter. Tunc iungit pro peccato sacrificium offertur qualiter
autem non dicit. Ex his enim quae de delictis dicta sunt possunt
etiam ea quae pro peccato sunt tunc [illegible]. Victima enim est et communia
utpote in eorum ipsum materia. Post hoc immolat holocaustum
et ponit illud in altare iuxta ordinem sacrificiorum quem pro
quam paulisper convenit legis secutio. Prius enim sacrificatum pro
delictis et peccatis et delicto passus est, tunc holocaustum. Ergo
prius nos Christi sacrificio a delictis et peccatis mundat et tunc
unum conficit holocaustum. Et propterea primum de delicto dicit,
deinde haec subdidit, quia de Christo dicit haec et illa dicebat et
ad unum sacrificium quod ex hostia nobis sanctificationem praebet,
quod nobis ad altare ascendere facit. Quando enim intelligi-
bilem mundationem spiritus totum nostrum corpus et animam sanctifican-
tes spiritales facti fuerimus, tunc digni ad ascensum
altaris efficimur, tunc plenissimam accipimus mundationem.

post quam iam aliam necessariam non habemus. Audisti enim que
emundationis precessit qualitas. Hec quidem nos a pollucione lepre
liberat. alia autem in castris introducit dei. Hec erit ad altare
ipsum et deinceps ut potest plenissime mundatus atque sublevare
potest. cum aliud invenimus ad sequencia necessarium est ut ad ea
tota omni studio tendamus. Quod si pauper est et non potest manus
eius invenire que dicta sunt sumet agnum pro delicto ad oblacionem ut ro-
get pro eo sacerdos decimamque partem simile conspersae oleo in sacrificium
et olei sextarium. Duosque turtures sive duos pullos columbe quorum
sit unus pro peccato et alter in holocaustum. Offeretque ea die octavo pu-
rificacionis sue sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonii coram domino.
Qui suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei levabit simul im-
molato quoque agno de sanguine eius ponet super extremum auricule dex-
tre eius qui emundatur et super pollices manus eius pedis dextri
olei vero partem mittit in manum suam sinistram in quo intingens di-
gitum dextre manus asperget septies contra dominum tanget quoque
extremum dextre auricule illius qui mundatur et pollices manus
ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto reliquam
autem partem olei que est in sinistra manu mittet super caput purifi-
cati ut placet pro eo dominum. Et turturem sive pullum columbe
offeret unum pro delicto et alterum in holocaustum cum libamentis suis
hoc est sacrificium leprosi qui habere non potest omnia in emundacione
sui. Admirabili erga eos qui legem acceperunt legislator condes-
censione utitur. Etenim veniam paupertati dat et mediocria pau-
peri sacrificia offerre precepit ne forte absumpserit dominum maiora eis quam
viribus est precepit. Sed quoniam non oportet ea que dicta sunt quippiam faci-
le inquisitum pauperum invenimus. Qui enim non habet panem
unde agnum, qui autem pecunia eget unde emat columbam vel
turturem. Manifestum est quod ad aliquam contemplacionem intendat
et ad occulta prorsus se dirigat enim, qui multum ingredi ad thesauros
absconditos. Convenit enim licet enim ei eucharistie sacrificium munere
propter paupertatem offerentis hec amittens intra quedam ei et
[illegible] magni [illegible] exequitur quod facit cum paupertati ignoscens
quam etiam lucro sacrificiorum nolens scandalizare. hec secundum litteram
nobis autem ex alio dat intelligere quia lepre macula est que prestat
deinde huius emundacionis penitencia. Hec autem opera necessaria
habet continentibus et actionibus studio valeat delere peccata propter quod
Iohannes baptista populo iudeorum dicebat. facite fructum dignum pe- mth iij luc iij
nitencie. Considerant enim sicut subtilius legislator eos qui non
omnia possunt que pertinent ad districtam racionem penitencie
exhibere operibus. Habet enim prima oracionem intentam demon-
nam vigiliis. sacrum ieiunium. Postremum etiam illa que
David dicit. Facte sunt mihi lacrime mee panes die ac nocte, et la-
vabo per singulas noctes lectum meum lacrimis stratum meum riga-
bo. Sed et cinerem sicut panem manducabam et poculum meum cum
fletu temperabam. Sunt etenim qui hec omnia forsitan propter
senectutem aut propter nimiam corporis infirmitatem agere non possunt
sicut in aliis negociis preter libri [illegible]
[illegible] quod volunt quidem invenire autem minime [illegible] non pos-
sunt et ut potest veniam dans alterum eis minorem [illegible] alia quam

sacrificiorum exequitur. Et ante omnia quidem agnum dicit. Oportet enim unumquemque penitentiam agentem ad benignitatem ante omnia migrare et hanc studere. Omnia hec etiam cuilibet facilis ad adipiscendum est quam animalis abstinentie decimam partem simile conspersse oleo, id est Christi theologiam assequi qui oleo seu misericordia

mi contemporari passus est carni, et sextarium seu prout lex totilatem olei vocat. Hanc autem esse manifestissime fidem mancioribus de misteriis. Sed quid offerri cum his legislator precepit? Duos turtures vel duos pullos columbarum. Hec autem facile reperiuntur a quolibet, id est continua legis meditacio, que non solum ex lectione. Ne forte et hanc dicas esse quibusdam difficilem, sed et ex contemplacione que est in animo et mente consistit, que utraque per sacco et ieiunio et lacrimis et cineris cibo fiunt atque similibus, ad humiliandam carnem et refrenandam animam. Si enim in operibus agimus. Faciant autem hec etiam legislator meditacio atque iuvenum studium districtaque iudiciorum divinorum mandatorum atque beneficiorum contemplacio et presentacio. Hec sacrificia pullis introduxit que etiam David necessarie exponit dicens: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilencie non sedit. Quia dema- infestat agnum sacrificiorum cum carentes malicia, ninatoniam signis, sed in lege domini fuit voluntas eius. Illa indicat qui mundam scienciam per contemplacionem innocentiam cogitacionum, quales quibusdam Paulus dicit: Legem non habentes et opera legis scripta in cordibus suis per disciplinatas cogitaciones demonstrantes; quales quidem modo est turturis oblacio. Unde cognitionem huius animalis ipse dominus per Jeremiam

Jer. viii prophetam inesse testatus est: Turtur et hyrundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium domini. Sed quid David superdictis addit? Et in lege domini fuit voluntas eius, meditabitur die ac nocte. Ps. i. et in lege eius

Hunc columbarum quasi meditandi vim habere

Is. xxxviii Isaias propheta dicit. Ait enim: Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba. Invenit ergo legislator sacrificia parva et infima mundare deo que possit offerre, et propterea legis huius subsequencia non immutat, ostendens quia etsi agnum non inveniat hoc quod penitentis in mundo, maximam rationem exigit, hoc posuit quidem ei sicut ex infirmitate pacienti precepit, tamen que illi eadem emundacionem omnibus quasi oblacionem addidit perfligare possunt. Post hec ad aliam dispensacionem eiusdem materie coherentem transit: Locutus est dominus ad Moysen et Aaron dicens: Cum ingressi fueritis in terram Chanaan quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepre in edibus, ibit cuius est domus nuncians sacerdoti et dicet: quasi plaga lepre videtur mihi esse in domo mea. At ille precipiet ut efferant universa de domo priusquam ingrediatur eam et videat utrum lepra sit, ne immunda fiant omnia que in domo sunt. Intrabitque postea ut consideret domus lepram. Et cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore sive rubore deformes et humiliores superficie alia, egredietur ostium domus et statim claudet eam septem diebus. Reversusque die septimo considerabit eam. Si invenerit crevisse lepram iubebit erui lapides in

quibus lepra est et proiciet eos extra civitatem in locum immundum. Domum
autem ipsam radi intrinsecus per circuitum et spargi pulverem ra-
sure extra urbem in locum immundum lapidesque alios reponi pro
his qui ablati fuerint et luto alio liniri domum. Cum autem
postquam eruti sunt lapides et pulvis elatus et alia terra lita
Ingressus sacerdos viderit reversam lepram et parietes aspersos macu-
lis lepra est perseverans et immunda domus quam statim destru-
ent et lapides eius ac ligna atque universum pulverem proicient ex-
tra oppidum in locum immundum. Qui intraverit domum quando clausa
est immundus erit usque ad vesperum et qui dormierit in ea et co-
mederit quippiam lavabit vestimenta sua. Qui minori de-
sidat certe spiritalia negligenter meditari non debet. ea que
maxime circumspecte et necesse est in quibus minime medacitate
offendunt. Nam certe quidam in nuper lecta lege hac reprehen-
dunt quia secundum quod lxx asserunt deum dicentem moysi in-
troduxit. Dabo maculam lepre in domibus vestris in terra
possessionis vestre. Solitas ne deus iniquum indicat maculam
in quibus ... Sed nec turpia sunt ut mala ea
que affligunt ad eruditionem seu penam pro iniquitate constituta
velut fames terre motus hyatus terre tempestas mala
bellum atque similia sicut et ipse propheta dicit. Ego dominus Ysaye xlv
et non est alius formans lucem et creans tenebras faciens pa-
cem et creans mala. Quibus similia et alter propheta. Et
Quia descendit mala a domino in portam ierusalem tumultus qua-
drige stuporis habitanti lachis. Sed et propheta amos ait. Si iij ca°
est malum in civitate quod dominus non fecit. Hec quidem deus
non ut noceat ingerit sed ut valde iuvet homines. Afflictus quippe
humiliatur humiliatus autem currit ad eum qui eripere potest
dicatque cum david. Bonum mihi quod humiliasti me ut discam iustificationes
tuas. Et festinat ad medicum qui eum liberet a vulnere et hec
quidem ita se habent. sed nos ad contemplationem que imminet recur-
ramus. Ne forsan legislatorem quasi de lignis et lapidibus et
parietibus insensatis sancientem quidam eorum qui terra gratiorem
sapiam eam reprehendere nitantur quibus quia mali sunt
nulla etiam bona iudicantur. Nunc vero legislatoris intentio est
De veris domibus videlicet ecclesiis sancire. ideo quo nulles pas-
siones curabiles destructione quoque plenissimam ingerentes faciles
hic ad emundationem. que ne sunt incurabiles destructionem quoque ple-
nissimam ingerentes. sed horum magis disseramus. tunc ad ea que dicta
sunt veniemus. Possessiones nostre terra est quam vere possidemus
hereditas gentium. Ipsa est enim nostra possessio. Et si terra hostium
nostrorum fuit. in hac tamen nos etiam deus acquisivit et eos qui
quondam non erat populus nunc populum habet dei populi quod pos-
sessio recte nominatur. De hac terra dominus dicebat. Qui vero Math xiij
in terram bonam seminatus est hic est qui audit verbum et intelligit.
Domus enim nostre ecclesie sunt de quibus paulus dicebat. Si I Thi iij
tardavero ut scias quomodo te oportet in domo dei conversari que
est ecclesia dei vivi. In his secundum lxx dare se maculam lepre
deus promittit. Quod enim infestant ipsa legislatoris verba. Cum
enim dixisset et dabo maculam lepre in domibus terre possessionis

nostre. Et veniet cuius est domus vel qui sub(?) ... nuntians sacerdoti
et dicet Quasi macula lepre videtur mihi esse in domo mea. Hac autem
sententiis passione est, quod non est cuiuslibet domus sed tale quale dominum
condecet impleri. Si enim decet medicum ut non concedat egroti
quedam mortifera accipere. Decet et deum non concedere peccatore insen-
sibilitatis morbo diutius detineri ne in profundum inferni peccans
subitum ruat. Quod David orans dicebat Ne avertas faciem tuam
a me et ero similis descendentibus in lacum. Hec domui sensus certe
datur. Synagoge autem iudeorum non datur. Quod manifestum
est ex eo quod ipse deus per Osee prophetam ait: Cum ipsi cum mere- Osee iiii
tricibus versabantur et cum effeminatis sacrificabant et populus
non intelligens vapulabit. Et rursus dedit eis deus spiritum com-
punctionis oculos ut non videant et aures ut non audiant. Aliu-
trum prophetam audivimus dicentem Clauserunt oculos suos ut non vi-
derent et aures suas aggravaverunt ne audirent. Ut peccator a iusto
iudice ex suo peccato puniatur. Cetera autem non ita sed sponte peccat-
fuit eum deus sentire penam. Unde et eum qui in Corintho for-
nicatus est Paulus Sathane tradidit ut afflictus ab eo penam sen- i Cor v
tiret. Tradere inquiens eum qui huiusmodi est angelo Sathane in
interitum carnis. Similia prioribus legislatoris verbis dicens.
Et hic quidem secundum lex dabo inquit maculam lepre non quasi le-
pre ingerente deo sed veluti excitante atque arguente. Ille autem ait
Tradere huiusmodi angelo Sathane atque qui decepat eum olim
pellicitatione fornicationem. Sentit maiori potestate ab eo castigato-
rem ait enim in interitum carnis ut spiritus salvus fiat. Sensus peccati
apertus fiat et emendator. Similiter etiam ut manifestetur aliis
qualiter vivere cum minime debeant imitari. Sed et in domos hereticorum
possessionibus ac ceteris hereditatis gentium. Cum ingressi fuerint
Moyses et Aaron in terram Chanaan que nam est hec quam ego
dabo vobis in possessionem. Nam enim septem numero gentes
id est Chananei Ferezei Gergesei Amorrei Gebuzei Chetei et Araddei
terram promissam Abrahe possidebant. Indignum autem gerebant
hec septem nequitie spiritum. De quibus deus in evangeliis dicit
Cum immundus spiritus exierit ab homine assumet alios vii spiritus Math xii Luc xi
nequiores se et habitant in homine cuius novissima sunt deteriora
prioribus. Hii autem spiritus vanam terram promisse ipsi Abrahe id est
gentium hereditatem possidebant. Ipsi enim dictum est Quia patrem
multarum gentium posui te. Quid Moyses et Aaron lex videlicet Gen xvii
et prophete. Horum enim hii figuram gerunt. Quia Aaron Moyses
autem figuram legis gerit, prophetarum esse dictus est. Ingressi fuerint
inter gentes tunc precedens deus tirannidem abtinentes in genti-
bus qui sunt intelligibiles Chananei predictos expellet spiritus
possessionem autem legis et prophetarum et hec predicantium ipse esse
concedit gentes qui eas pro eo acquisivit sanguine. Terram hab-
itationem regnatoribus qui innovationem sancti spiritus que effluit
abunde super nos libavit nos ab hiis quibus dudum serviebamus
ut et hii qui ex gentibus sunt possiderent. Ysaie canticum dicit Domine
deus noster possederunt nos domini absque te tantum in te recordabimur no- Ysaie xxvi
minis tui. Nunc cuique autem eius possessio est etiam ... ministrat
quod eius procul dubio est. Ergo quia prophete et lex in gentium
hereditatem ingressi fuerint manifestantes evangelia predica-

tiam et ea que iam de intelligibilibus domibus dicta sunt apparere
potuerint. Ibit cuius est domus nunciat sacerdoti et dicet quasi pla-
ga lepre videtur mihi esse in domo mea. Quia enim sunt domestice 1. Kor. xv
ecclesie. Propterea ait cuius est domus. Audiamus paulum dicentem
Salutate priscillam et aquilam et domesticam eorum ecclesiam. Qui-
cumque ergo huiusmodi preest si sentit lepram intelligibilem, id est si male et impie
doctrine sensum quempiam comprehenderit timens ne hoc quod seducit
ad iniusticiam fiat ei ad iudicium vadat ad sacerdotem qui discernere
possit. Ipse enim non absolute sacerdos est. Quod manifestum est 1. ultimo
huiusmodi ex his que rursus paulus ad colosenses scripsit. Saluta-
te nimpham et domesticam eius ecclesiam. Quia multi presbiterorum
et pietatem ecclesias domesticas constituentes in eis doctores divinae
ministeriorum que nescientes ad communionem atque exultationem eorum
convenientes suscipiebant. Tales ergo qui huiusmodi est ibit ad
eum qui veri sacerdotii gerit qualis fuerant petrus vel paulus
vel thymoteus ceterique qui eorum doctrinam inviolatam custodierunt et 1. Thi. iii
irreprehensibiles permanentes. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse
ut ipse possit aliena iudicare peccata. Et dicit quasi plaga
lepre videtur mihi esse in domo mea, id est sensu impie doctrine
mea domestica apparet ecclesia. At ille precepit ut auferant uni-
versa de domo. Sive ut lex edocuit et precipiet sacerdos detegere
domum et non sordebunt omnia domus, id est precipiet recedere omnem
populum qui in ea colligebatur. Hic est enim tectum domus sive
instructura secundum quod frequenter ostendimus. Discedere autem eos
precipit id est opere ostendere quod alieni sunt a malo quod apparuit
in ecclesia et non communicent penitus. Sic est impius ingerenda
propter quod et moyses quando datan et abiron ad puniendum atque ad
perdendum deductum erat recedere reliquam multitudinem ne illius 1. Nu. xvi
participes efficerentur. Pene precepit. Hoc est enim quod ait ne immunda
fiant omnia que in domo sunt. Intrabitque postea, id est sacerdos ut
consideret domus lepram. Et cum viderit in parietibus illius quasi
vallicules pallore sive rubore deformes. Parietes domus recte
dicuntur hii qui eam continent, id est ordines divina dicentium
atque docentium. Ex his qui vere consistit ecclesia et non sicut qui-
dam putant ex lignis atque lapidibus. Unde et moyses quando
colligere iubebatur ecclesiam. Non ligna et lapides ceteraque si-
milia sed plebem seniores levitasque convocabat. Secundum quam
rationem iacobus et cephas et johannes columne ecclesie di-
cebantur. Ergo recte parietes ministri sacerdotes doctoresque ut po-
te ipsi stabilitatem ecclesie fulcientes et plebem quodammodo
intra semetipsos colligentes. Pallens autem ut lex viridans et
rubicunda macula qualiter ne sit satis interpretans precedente
sanctionis ostendit. Esse enim illam vane glorie atque superbie
demonstrant. Ex quibus illos parietes maxime adiecte corruptionis sacramenta
ministrantium doctorumque et ad malas ac nephandas impietate
doctrinas prorumpunt. Si ergo apparuerint parietum vallicule sive
fossas habentes, id est si humilibra sacre ministrorum vel magistrorum
depressione vallescentem quodammodo ex reprehensibili pecto
perspexerit egredietur ostium domus et statim claudet eam

in diebus ecclesie modicitatem ingerens interpretatione que penitentie p(ro)
cepit veniam et absolvit. Si septenarius enim immunis peccati veniam
significat. Reversusque die vii° considerabit eam. Et si invenerit crevisse
lepram iubebit erui lapides in quibus lepra est et proiciet eos extra
civitatem in locum immundum. Et hoc quia diffusas maculas non inveniunt
nec exuberantem impietatem ideo hiis quidem qui peccaverunt ut pate
penitentibus ignosci potest et ut ex infirmitate peccantibus. Dogmata autem
et singramata in quibus est intelligibilis lepre videlicet impietatis macu
la hec non solum extra domum sed et extra civitatem recte proiciuntur. Non solum
de una ecclesia sed et de universali ecclesie universalis enim ecclesia velud
civitas dei vivi. Que continet ecclesiarum particularium conscriptum in eclesiis. Quam
obrem etiam in locum immundum proiciunt inter hereticorum videlicet conventicula
hic enim locus immundus qui omnia recipit dogmata impietatis. Et ipsa
post hec. Domum autem radi iubebit intrinsecus per circuitum et spargi pulverem ra
sure extra urbem in locum immundum. Radunt domum qui libros ecclesiasticos in
telligere atque discernere subtiliter student ut ipsam omnem materiam diligenter
perscrutantes insidentesque doctores in pravis libris rasure de indicationis ex
cavantes nullas mera impietatis sinant remanere reliquias. Et que ab
raserint hec mittantur in immundum locum sicut immunda et immundis inventa.
Alio enim domum quod lapides oporteat intelligi dogmata et toto
tium divinarum legem et singramata de quibus quando sane doctrine p(ro)
non invenisse dicuntur lapides si fieri voluntur supra terram et insulis. Quicumque
edificaverit super fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos.
Pulverem vero eam que particularis est interpretationis atque doctrinam ipse
moyses legislator significat. Quando enim Deuteronomium filiis israel
edidit hec ad eos dicebat. Et erit quacumque die transgressi fueritis iordanem ad ter
ram quam dominus deus tuus dabit tibi statues lapides grandes
et lines eos pulvere et scribes super lapidem omnes sermones ~~lapides~~ legis
huius. Deinde lapidum dum tractus apertius addidit. Et scribes super
lapides omnem legem hanc aperte nimis. Lapis autem legem nobis ex
planatam explanatamque exponentium dogmata atque singramata
ac particularis interpretatio. Quorum hec quidem per lapides. Aliud autem
per pulverem + excutient pedum. Quicumque non receperint vos neque + significavit unde et dominus
audierint vos exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris apostolis precepit ut contra eos
in testimonium illis. Quod multis hiis urbis pertinent dum maledicit qui non susciperent verbum
fert. Quia enim pedes evangelicos libros eorum atque doctrinam excuterent
legant divina intelligentia scriptum vii autem. Quam speciosi pedes evan pulverem
gelizantium pacem. Recte pulverem super pedes eorum evangelicorum
librorum videlicet interpretationem spiritualem accepit substitutionem
lapides ergo eradi et pulverem alium inferri dicens purgata ab omni
malo dogmata atque doctrinam p(ro)ximalis illis inferri et ecclesiam
limini sine ulla propter dubitationem. Hoc enim nobis considerare li
cet quando ceciderunt simon et paulus lepram dogmatum in docto
ribus antiochene cernens iacobus utpote sacerdoti magno
innotuit qui erasis prioribus doctoribus novis dogmatibus infusis
lapides in locum eorum. Rectissimas vero solum ibi ecclesie libros
et pulverem scilicet videlicet doctrinam addens unxit ecclesiam
curavitque quod accidat. Sed nec sic eam reliquit indiscus-

sam in subsequentibus sanctivit. Quia cum iniquitas meos qui pra-
vorum dogmatum morbo afficiuntur, cito deseruerit. Et post hec ait. Sin
autem postquam eruti sunt lapides et pulvis elatus et alia terra lita in ipsi
sacerdos viderit reversam lepram et parietes aspersos maculis lepra est per-
severans et inmunda domus, quia cum ejectis talibus dogmatibus et aliis
sane doctrine introductis ipsa virus impietatis dictita inveniatur appa-
ruit idem diffusa sive exuberans. Tunc sacerdos non ex longinquo au-
diri sed ex inspectione sua cognoscit quod permanens est impietatis
passio et inmunda talium iniustorum doctorum ecclesia in qua sicut aspersa
fuerit diffusa impietas rectissime decernitur quod ondit sequentia. dicunt
Ait enim. Qui statim destruent et lapides eius ac ligna ac uni-
versum pulverem proicient extra oppidum in locum inmundum. Id est
non solum iam condempnat dogmata sed et ipsos in quibus in-
venta fuerint et hos exquirere locuntur impia ecclesia constituerat
omnesque ipsam destruunt ecclesiam. Odivi enim inquit congregacionem
malignancium et cum impiis non sedebo. Sicut David dicebat.
Ergo extra eam que in celis est constituta vina mulierum ac
vera excluditur civitate et cum inmundis reputatur heretica. Qui
intraverit in domo ista quando clausa est idest que multe seu pene sub-
lecta est. Qui ingressus fuerit in quolibet ei communicans conventi-
culo inmundus erit usque dum pereat et multo magis qui in ea
dormit. Hic siquidem non aliter suscipiatur nisi lacrimis lavit in-
telligibilem stolam. Dormire autem in ea intelligimus requiescere
in verbis eius et non consuetudinis alicuius causa in eius conspectus
divertentem. Sed et qui comederit in ea cibum scilicet instituciones eius
legis iracundie incurret effectum, quia illius misteria par-
ticipare presumpsit ecclesie. Quam destruxit sacerdos reperiens impie-
tatem et doctrinas malas, id est ligna, fenum et stipulam ha-
bentem. Unde non solum lapides eius [illegible] cant parie-
tes scilicet et ligna ut parte commota feno ac stipule proicit.
Quod si introierit sacerdos et viderit lepram non crevisse in
domo postquam denuo linita est purificabit eam reddita sa-
nitate. Et in purificacionem eius sumet duos passeres lignumque cedrinum
et vermiculum atque ysopum. Et immolato uno passere in vase
fictili super aquas vivas tollet lignum cedrinum et ysopum et coccum
et passerem vivum et intinguet omnia in sanguine passeris immolati
atque in aquis viventibus et asperget domum septies purificabitque
eam tam in sanguine passeris quam in aquis viventibus et
in passere vivo lignoque cedrino et ysopo atque vermiculo.
Cumque dimiserit passerem avolare in agrum libere orabit
pro domo et iure mundabitur. Cum imagines hec sacrificia de
quibus loquitur legislator gerant [illegible] in subsequencia subtilius
exponimus quando ea in unoquoque [illegible] precepit hoc
autem necessarie dicitur quia manifeste apparet quod legislator
illam magis in ecclesiam decernent iniquitatem que est in do-
[illegible] reprehendat que indispensacionem eius qui probus est [illegible]
[illegible] et peccata in domum [illegible] hec accipi [illegible] propter
[illegible] que sufficienter [illegible] theologias posset sunt
[illegible] lignas. [illegible] omnia que contra mundacionem.
peta

Ista est omnis lex lepre et percussure lepre vestium et domorum cicatricis et
erumpentium papularum lucentis macule et in varias species coloribus
inmutatis ut possint sciri quo tempore quid mundum vel inmundum sit. Ista est
omnis lex lepre. Quia latius sanctionem lepre exposuit necessarium indi-
cavit eius reiterare capitula et prius quidem complexive genus
per hec autem species per partes exponit. Cum enim dixit Ista est lex omnis
lepre complexive genus ostendit. Species autem sunt aptissime que in
subsequentibus addidit. Preponens quoque recte perfectissime quod non
est spiritale atque peccatum. Omnium quippe esse hoc deterius diximus.
Est autem dogmatum impietas que contingit quibusdam de populo.
De quibus et legislator dicebat Vir autem mulier in quo fuerit pla-
ga lepre. Si autem tantummodo sacerdotum memoriam fecisset infirmitatem
continue nominasset. Post hec leprosum que est in vestimentis sed posuit. Hec
sunt enim anime vestimenta, idest ea que est in ceteris doctoribus de
predoctoribus. Ipsi enim domus et parietes tue possessionis ostensi sunt.
Deinde cicatricis et erumpentium papularum memoriam facit leprarum
rerum describens eam que est in peccatis sine dubio sive peractis. Omni-
bus autem his subdidit ut possit sciri quo tempore quid mundum vel in-
mundum sit, ostendens quia tunc delinquens inmundus est quando sciens
peccavit. Quando autem ignorans peccat propter ignorantiam videtur
sicut et cecus offendens, ita ut dominus de iudeis dicit Si ceci esse- I. Johannis ix
tis non haberetis peccatum. Nunc autem dicitis quia videmus peccatum ve-
strum permanet. Sed nos oculis scientie ad ea que expediunt uta-
mur ut per ipsos cum terrore peccata congnoscamus et inmundiciam, scientiam
dicentem in qua mundamur scientes acquiramus, et totam legem
lepre custodiamus. Mundi enim hoc modo in divinis tabernaculis
habitabimus in Christo Jhesu per quem et cum quo gloria patri cum
sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Incipit Ysichii presbiteri Jerosolimorum liber quintus

Qui legis meditationem operam dant, ad quem finem
quantum ne contendant quamque beatitudinem prius gerat
David propheta plane exponit. Cum enim qui habet
voluntatem in lege domini, et diebus et noctibus in ea me-
ditatur esse dicitur sicut lignum quod plantatum est secus
decursus aquarum quod et dabit fructum suum in tempore suo, et
folium eius non decidit. Nulla autem huic beatitudini equari
potest, ut quis ligni inveniatur vite. Sed et quod dominus dicebat Joh. v
Scrutamini scripturas quia in ipsis vos putatis vitam eternam habere
et ipse sunt que testimonium perhibent de me. Sed et illo loco
prophete psalmodie Beatus homo quem tu erudieris domine et de
lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis. Cognovi-
mus enim et libationem nobis peccatorum et longanimitatem ab ipsis
huius mundi diebus mala doctrinam sacrarum scripturarum et perfectum
anime non mediocrem ex ea carpimus. Propter quod Paulus
scribit ad Thimotheum I. Thi. iiii Hec meditare in his esto, ut
profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi metipsi et
doctrine, permane in eis. Hoc enim faciens et temetipsum salvabis
et eos qui te audiunt. Cum predictis ergo quibus tamen nostram
ipsorum salutem quam aliorum per hoc lucrandum studium. Et propterea nullus
liber neque studium vel eos qui eas exponunt vel meditatos
legentes a sacrarum scripturarum remonere debet expositionibus eius

Quia tamen maximum diuino placito opus legis libri sunt illi ex eis ca-
piunt margaritas qui frequenti eorum meditatione operantes effodi-
unt. Sed ea que sequuntur huius leuitici libri exequuntur per ordinem
super consistantes fundamento quem iam christus sicut quidam sapiens ar-
chitectus per karam posuit in eis. Dicit quidam insculptor sapiens
per uile instrumentum lapidem pollicens angularem sibi magnitudinem ut
hominibus ostendit et in instrumentis uilibus magna perficiat. Locutus
est dominus ad moysen et aaron dicens Loquimini filiis israel et dicite
eis Vir qui patitur fluxum seminis in mundus erit et tunc iudicabi-
tur inmundus si uel iacere cum per momenta singula adheserit carni illius
atque concreuerit fedus humor. Omnis huius completa dei mirabilis
est utpote cui sunt credita spiritalia sed mirabilior moyses se-
cundum maiora sunt credita et tante sapientie precepit celsitudinem
Nam quia infirmus erat qui ab eo legem percipiebat populus et
qui perfecta dogmata audire non poterat, tam infirmitati con-
descendere uolens ipsi eius dignitatem non minorare legis ui-
uit uirum quam nec celaret sublimia nec ea propter auditorum
infirmitatem deicere perferre potuisset. Nam circa eam mentem in
per legem lepre multas petentibus exposuisset species, et quod flu-
xum seminis patitur adiecit per quam aliam speciem peti (?) curasse
exponit et ei qui profluuium patitur doctrine ex qua corpus ipsius
subsistat, id est ex qua salutem habet. Hunc esse inmundum dixit immun-
dumque qui doctrinam non caste sed contra naturam idest contra
sequitur, qui doctrinam ueritatis et legem inordinate corrupte que diffudit ut ex ea eam
eius iura et legem inordinate corrupte que diffudit ut ex ea eam
mores corrumperet plurimum que cognoscentibus per partes texto-
rum differentes. Locutusque est dominus ad moysen et aaron
dicens Loquimini filiis israhel et dicite eis. Recte moyses quidem
et aaron locutus est secundum tradi filiis israel id est cum populo mandatum
iubet, quia quecumque per doctrinam diuinam salutem sanctiunt seu
statuunt. Primum quidem principibus egent populi quia ipsis ma-
xime diuina concredita doctrina ipsique demonstrari sunt quo-
dam modo administratis, aut his qui filiis eorum credita est debent stu-
dere. Quia ordinem filiis israel tradi. Quod bene legislator ante effectum
eius populus reperit audientem inde mandatum eius in secundo or-
dine filiis israhel tradi. Quod bene legislator competenter custo-
diunt et post hec dixit Vir qui patitur fluxum seminis inmundus
erit. Lex hunc se coniungit uiro cum factus fuerit et cetera. Quo etiam
vnde eum duplicat hoc in mandatum datum intentione legis cupit o-
stendere et quantam sollicitudinem habeat legislator ut nichil eius
penitus perficeat. Sicut quidem dicit homo homo de filiis israel et de adue-
nis et hiis qui conuenti sunt eis qui fecerit holocaustum aut sacri-
ficium et ad ostium testimonii tabernaculi non adduxerit ad
faciendum hec duo exterminabitur homo ille de populo eius. Et
huius alia similia de quorum consummatione maximum legislator
curam gessit. Hic autem secundum predictam meditationem in
dixit homo homo secundum uiro uiro duplicans quidem quemadmodum et hic
personam propter fortitudinem uiro se appellant propterea legis

Pro xxxi qua vocabulo hoc mos est divine scripture significare eum qui perfecti
or est Quod audit salomon dicens virum autem fidelem quis inve
Ephes iiij niet Sed et paulus donec occurramus omnes in virum perfectum in me
suram etatis plenitudinis christi Ergo duplicatio appellationis
quantum ei pertineat de mandato manifestavit Quod autem viro di
xit et viro simpliciter hominem demonstravit quod doctoris munus
personam In hoc enim necessarie demonstrat perfecti formam Sed hunc
si factus fuerit seminis fluxus immundus erit Quod autem modo
lundi sequentia Et tunc iudicabitur hunc immunditie subiacere
idest hec est probatio immunditie eius Iudicium autem immunditie eius in
hoc loco dixit illam legem que immunditiam eius probat Et quis est
hic qui fluxum patitur seminis Semen intelligitur doctrina sicut ait
1 Cor ix paulus Si nos vobis spiritualia seminavimus sed et dominus ait
Math xiij Omnis qui audit verbum et non intelligit venit malignus et ra
pit que seminata sunt in corde eius Quia autem dicit lex vero
viro si fuerit profluvium seminis ex corpore eius ex quo constituit corpus
eius Sciendum est quod corpus duplex hic traditur hoc quidem ex quo
semen fluit aliud autem quod per fluxum seminis subsistit quia omne
ex inordinate procedente semine generatum fuerat quoddam corpus
~~ex quo fluxus semen~~ subsistere quod poterat necessarium fuit
corpus ex quo fluxus semen eius qui seminis fluxum patitur modis
omnibus intelligitur Aliud autem consistere incipit per fluxum idest hoc
quod ex eo generari debeat atque subsistere licet non generetur
propter quod lex et immundus est corpus aliud eius etiam illud secundum
appellat Quia revera corpus eius qui generat est hoc quod ex
eo generatur hac autem legis imperitia nota quia quemadmodum
littere mandatum corpus seminis effundentis intellexit ea propter ea
dicit fluens semen ex corpore eius Credo autem hoc quod ex eo ge
neratur recte subdens ex fluxu qui constituit corpus eius Ex
contemplatio spiritualis corpus doctoris ipsum quod ei creditum est
verbum et doctoralem dignitatem rationabiliter intellexit Corpus
Coloss ij enim christi doctorale verbum paulus appellavit sic dicens de eis qui
verbum doctorale discerpunt Corpus autem christi nemo vos sedu
cat volens in humilitate et religione angelorum que non vidit am
bulans frustra inflatus sensu carnis sue et non tenens caput
ex quo totum corpus connexum et coniunctionibus subministratum
et constructum crescit in augmentum dei Corpus domini apte
doctorale asserens verbum quod recte corpus doctorum dicitur
Si quidem loco christi sacerdotes et doctores sunt in ecclesiis Unde
rursus secundum corpus eorum quod ex eorum consistit fluxu audi
torem populum intelligimus qui ex eius doctrina generatur Qui
tum eam qua precepit divinam doctrinam fluit contemnendo eam
Galat i et xi ij Cor xi sive transgrediendo Propter quod paulus dicebat Si nos aut
angelus de celo evangelizaverit vobis preter quam accepistis ana
thema sit Recte immundus est Ex fraude enim coniunctione
utraque impudica vel ex ambitione primatus hoc patimur
atque propterea nefariam doctrinam exquirunt que delectet eos quibus pru
1 Thi iiij rientes auribus pauli dixit et sanam doctrinam non susti
nentes vel ipse cui sit impudicus et secundum proprias passiones
sive concupiscentias doctrinam fluat Et ubi gratia tamen sit

amator adulterii respuit quod est de castitate mandatum vel si conne
sutor et circumspectus vel illuminet legem. hic ergo quia magisterii tenentur
nomine et non sana docet sed corrumpit doctrinam quam profert non potest
deo filios procreare. Unde et profluvium seminis pati dicitur. Nimis ergo
rationabiliter subdidit. Omnis dies profluvii corporis eius in quibus
conposuit corpus eius in profluvium immunditia eius est. Quousque enim
sic docet et doctorale corrumpit corpus ex quo corpus constitutum est idem
inmundus est in semetipso sicut ait. Inmunditiam habentis in doctrinam
sermonem quem profert sordidum impudentium immundum propter quod
et immunis ei conveniunt que sequuntur. Omne stratum in quo dormie
rit immundum erit et ubicumque sederit. Si quis hominum tetigit lectulum
eius lavabit vestimenta sua et ipse lotus aqua inmundus erit usque
ad vesperam. Quoniam multe alienorum doctrinarum species sunt quedam
enim sicut dixit paulus per immunditiam quedam autem per contentionem Colo. ii
quedam vero per ignorantiam quedam ex temeraria multiloquio de quo
dixit ille sapiens. In multiloquio non effugies peccatum. Quidam i Thess. x
autem ex eo quod delectantur in quorundam corruptione qui pestilentiam
doctoralem conneciunt sermone. Recte legislator cum hec quasdam
in sanctione lepre aliis vero in tiborum differentia significasset.
Aliud rursus aliud genus eorum qui ex impudentia et ex libidi
ne aliud docent per hoc mandatum quod de profluvium seminis pa
tientem exposuit sicut et superius approbavimus. Et iam et stratum
in quo dormit et ubi sedet inmundum legislator dicit. Paulus ergo
et lucas docerent nos quid de ipsis arbitrari debeamus. Dominus enim
vas et stratum non quasi sibi egeret sed has significant qui minis
sunt in doctrina sublimes. Cumque enim quidam modo apperuit
ita ut sederet in eis ac portaretur ab eis doctor ipse lucas docuit
quando de paulo deus ad ananiam dixit. Vade quia vas electio Actuum ix
nis erit mihi iste ad portandum nomen meum in gentibus et re
gibus. Quod imitationem Christi doctrinam paulus cepit ut imitaretur
eum opere et verbo et passionibus. Propter quod iure dicebat. An experi i Cor. xiiii
mentum queritis eius qui in me loquitur Christus. Vos autem
imitatores mei estote sicut et ego Christi. Alias vero rursus impleo ii Cor. i
ea que sunt passionum Christi in carne mea. Stratum autem magi Colos. i
stri quia proximum est stratus ut meos requiescat possessor eius
modis omnibus illos per hoc discipulos intelligi. In quos propter ni
miam obedientiam magister ipse et eius spiritus requiescit. Quod
manifestat paulus ex his que ad corinthios scripsit laudat ii Cor. vii
eos quod obedientes semetipsos tito prebuerunt habundantius autem gavisi
sumus in gaudio titi quia quievit spiritus eius in omnibus vobis. Eorum ergo
qui impudica docent et filiorum procreationem contra dicunt et legitimas
respuunt nuptias ut per hoc fornicationem introducant propter quod et fluxum
patientis seminis dicuntur utpote genitale semen et nuptias legem cor
rumpentes. De quibus paulus dicebat. Quia novissimis temporibus i Thi. iiii
recedent quidam a fide intendentes spiritibus erroris et doctrinis demo
niorum in ypocrisi. Cauteriatam habentes conscientiam prohibentes nubere
et abstinere a cibis que deus creavit ad percipiendum. Stratum quidam
et vas fiunt predictum modum fiunt quamquam in tantum inmundi sunt
ut nec mundatione percipit legislator. Sunt enim eos ita morbo affec
tos ut penitentiam agere nullatenus possint. Non enim ex ignorantia mali
doctrina sed prava habitudine simpliciter impudicias corrupti seu disso
luti sunt viribus. Unde etiam in talibus libenter et adheserunt. Si autem
quis tetigit lectum eius id est particeps fuerit prepositus de doctrina

Loquentium mendacium

eius et non insederit dogmatibus eius qui perversa docet ac sordi-
da iniquorum eius libros diffusius exponens sed dictis illius ipse si-
quidem sit eius vas. et stratum qui audit eos, ipse quoque ideo im-
dus est lavat tamen vestimenta sua per penitentiam sicut sepe diximus.
Et ipse lotus aqua lacrimarum vel baptismi immundus erit usque ad
vesperam usque dum tempus compleat penitentie hinc siquidem in vespera
in multis egerit et maxime in consummatione seculorum ideo circa finem
seculi xpistus noluit predicavit penitentiam. Qui tetigerit car-
nem eius lavabit vestimenta sua et ipse lotus aqua immundus erit
usque ad vesperam Si salivam huiuscemodi homo iecerit super eum
qui mundus est lavabit vestimenta sua et lotus aqua immundus
erit usque ad vesperam. Eum videlicet qui sit particeps doctrine perversa
docentis immundum esse usque dum semetipsum diluat per penitentie aquam
legislator precepit sive ultro quispiam particeps efficiatur prave
doctrine. Hoc est enim carnem tangere fluxum seminis patientis sive
docentis ex opere imitatur quidam in semetipsum introducat quam sermone
doctrine sue. hoc est enim salivam proicere quod Aquila sive super expue-
rit Symmachus sive expuerit ediderunt. Sagma super quod
sederit immundum erit usque ad vesperam. Sicut stratum in quo iacet qui flu-
xum patitur requiescit et vas in quo sedet immundus idest valde cis
tes diximus. Qui etiam sint dum cordis ut fictilia et lignea ac
lapidea que vasa que difficile mutari vel molliri possunt. Sic etiam
hic insagma sive ut lex ediderunt insagma asini negligentiaque
quidem dissolute sed tamen mollius habitorum ad commutandum
se. Mollia enim sagmata sive legislator intellexit. sed et his quia
bonis magistris exuti vel alium atque recipere malum dissipu-
latum potest quia talia sint que lex enuncians appellavit ta-
tentes. et ipse videlicet immundus erit usque dum ad penitentiam veni-
ent. Et omnis qui tetigerit quicquid sub eo erit immundus
erit usque ad vesperam. Et qui portaverit horum aliquid lavabit
vestimenta sua et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperam.
Similiter sanxit non licere tangere fructum laborum eorum qui sub
iecti sunt effecti perversa docentibus qui sibi dederunt eorum qui sub
quodam in libris atque in temporibus doctoris substernentes semetipsos
aut hec tetigit aut quemlibet portavit horum aliquid. Ceterumque
in semetipsum hoc quod dictum est peccatum suscepit sive imposuit quod
facere quidam consueverunt. Ipsi quasi dicere se recta aut facere
simulantes eorum aut qui perversa docent aut agunt confir-
mant conatus atque ideo qualiter se erga perversa habeant convin-
cuntur nihilominus ipsi secundum peccatum huiusmodi habent necessa-
riam penitentiam. Vas fictile quod tetigerit qui talis est non lotis an-
te manibus lavabit vestimenta sua et lotus aqua immundus erit
usque ad vesperam. Necessarie in omnibus ubi usus est legislator
hic omnino talis dispensatio fecerit de commotione docentis perversa
sive illam cognitionem ... est usque dum recipiat ad penitentiam atque ideo
sunt immundi quamquam fluxum seminis patiens tetigit idest qui
bus quamvis sit fuerit non lotis ante manibus aqua nec dum
videlicet suam vitam per penitentiam abluit lavare siquidem manus
sordis cum dum et malum depressum manifestat perfectius
David dicebat lavabo inter innocentes manus meas et cir-
cumdabo altare tuum domine. Sordidus enim est turpia et perversa

docens. exinde enim fallacia et sordida contraria ad huiusmodi pervenit do-
ctrinam. Iste ergo qui in malis doctrinis quibusdam semetipsum instruerit
nec dum ad primam respiciens et hic sicut immundus penitentiam habet
necessariam, lavat ergo vestimenta sua idest actiones que nos opinionibus
et sectis dissentientibus sicut stolis induunt. Cum ergo patientes sustinent
in illos et ex communicatione talia docentium ad actiones malas convertuntur
1. Cor etiam ipsi lavant corpus suum aqua et suum templum a compassione
uberi illorum purificent. Et tunc certum erit quia mundabuntur. Illam
et si mundus sit usque ad vesperam quod est usque ad tempus prime sicut prius
dictum est qui docet profana sine dubio immundus erit post penitentiam.
Et vas fictile quodcumque tetigerit is qui fluxum seminis patitur confrin-
getur. vas autem ligneum lavabitur aqua et mundum erit. In superioribus
thmo legis in qua dixit fluxum seminis patientem
tangere diximus eos quibus ipse sua prava docens quoslibet homines
ad quandam societatem sui. hoc enim est apte tangere. immiscuit et suppo-
suit propter societatem muliebrem cavendam. Unde et apostolus 1 Cor vii
mulierem non tangere propter fornicationes autem. Bonum est inquit homini unusquisque suam
uxorem habeat. et unaqueque suum virum. Hii ergo vasa eius siquam
sunt doctrinam que ab eo licet parvam susceperint. vasa eius effecti
sunt eius. idest non tantum in ipsis suam doctrinam. Nam enim superse-
tantum partem quandam tradens ... exinanivit ... Permanentes igitur fictiles idest
fragiles et terreni ad lutum suum et ad corruptionem intendentes
quia corrumpuntur etiam a sanitate uberiorum necessarie conteruntur.
Si autem lignei sunt lignea vasa inter ea ac fictilibus vasis for-
tiora sunt duraturaque absistunt aqua lavati mundantur. Neque enim
insederunt in eis nec ... eius sicut diximus malam doctrinam
susceperunt. Quamobrem nec sic insinuantur ut primam salvari non
possint. Ergo intentio est legislatoris unde ... vel
quia non quia primum agentibus salus offertur. Si sanatus
fuerit qui huiusmodi sustinet. dinumerabit vii dies post emun-
dationem sui. et lotis vestibus ac toto corpore in aquis viventibus
erit mundus. Emundatio est eius qui fluxum seminis patitur eandem
corruptionem seminis nequaquam ulterius sustinere. Si ergo sordida pri-
mum ac nefaria quisquam docens cessavit utpote qui cessavit
a tali impudicitia mundus recte dicitur. Pro autem sordidis seminibus
quas effudit prius necesse vii dies habet dinumerare ad eam
modum emundationem que perficitur per adventum sub ministratione
spiritus. Quem septiplex dominus noster Esayas (Ysa xi)
... ait Spiritus sapientie et intellectus spiritus consilii et
fortitudinis spiritus scientie et pietatis spiritus timoris domini. Ni-
bus omnibus egentes qui perfectam mundationem sibi penitus nolunt
a malicia quo est in latitudine sive in operibus. Ergo quia
aqua viva lavant vestimenta et corpus. Hec sit vestimentorum
et corporis causis est in superioribus demonstratum a-
qua autem viva lavat illa indubitet de qua Jesus dicebat. Qui
credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent Jo vii
aque vive. Et rursus Quicumque biberit ex aqua quam ego
do ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ergo
mundatio prius docentis per bonam legittimam doctrinam provenit
hec est enim viva aqua prima intra ase accedentibus prestat.
Die autem octavo sumet duos turtures aut duos pullos co-
lumbe et veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi

testimonii dabitque eos sacerdoti qui faciet unum pro peccato et alterum
in holocaustum rogabitque pro eo coram domino ut emundetur a fluxu
seminis sui. Qui vii dies numerabit sibi id est spaciones ablu-
ptius: hic octaua die id est in gratia videlicet Christi que octaua die re-
surrectionis enituit seu claruit sacrificium offerre iussus est. Quod
est autem hoc sacrificium: id est duos turtures aut duos pullos co-
lumbarum. Dictum doctoribus sacrificium ex alitibus cum sint hec
animalia. Et quidem turtur quasi meditatorum est animal. Columba
autem propter generandi frequentiam et propter simplicitatem eius spiritus designat
imaginem. Oportet enim doctorem meditationi spirituali operam dare
propter quod et sacerdotem et magistrum sibimetipsi offerre hoc sacrificium
precepit. Quod in alio sacrificio minime rursus sacerdotis alienum fuit
ac magistri dixisse nullatenus invenitur. Ipsum quoque deferre hostiam
ad ostium tabernaculi testimonii: ad apostolorum videlicet doctrinam. In-
troitum enim hanc esse ad verum tabernaculi testimonium id est ha-
bitationem Christi et communitatem superius in sacrificiis ostendimus ut
applicata intentione in fixitudine fidei perficiat linguam. Sicut autem qui pec-
cauit et sacerdotem habitum in se infirmauit atque inefficacem reddi-
dit dare sacerdoti et sacerdotii ministerium alio cedere iussus est. Et
accipiens sacerdos duos turtures aut duos pullos columbarum
quid facit: unum facit pro peccato et unum in holocaustum. Ut hoc qui-
dem sacrificium ad ablutionem et eorum que peccauit in doctrina contra
decentiam legis perficiat. Illud autem ad suscipiendum consequendum in futuro
; hic enim signum est holocaustum et sic deprecabitur pro eo sacerdos co-
ram domino ut mundetur a fluxu seminis sui. Nec enim aliter quisquam
mundationem coram domino facere potest id est secundum voluntatem et le-
gem dei nisi de hiis que peccauit penitens et per sacrificia orationum
satisfaciens: postea quoque recte viuendo ac perfecte sapiendo. Ergo quam
suorum peccatorum emundationem alio uel pacifice per hoc coram domino no-
rogatur. Neque enim omnis mundationem suscipit dominus: sed nec omnes qui
pro eo offerunt preces. Quamobrem siue in doctrinam quis incontinen-
tiam siue ad vitam defluxit in malam siue utrumque simul preces
effunderit secundum quod dictum est coram domino qui habet potestatem
dimittere peccata festinet. Vir de quo egreditur semen coitus
lauabit aqua omne corpus suum et immundus erit usque ad vesperam.
Vestem et pellem quam habuerit lauabit aqua et immunda erit
usque ad vesperam. Mulier cum qua coierit lauabit aqua et im-
munda erit usque ad vesperam. Necessariam habere regenerationem bap-
tismatis humanum genus ipse dominus ostendit dicens: Nisi quis Iohannis iii
renatus fuerit ex aqua et spiritu non intrabit in regnum celorum.
Sumus regenerandi quia sordes in nobis ex adam inobediencia est
transfusa. Unde et dauid in iniquitatibus se natum et in peccatis
asserit esse conceptum. Non matrem suam accusans. Sed peccatum
inueniens quod traxit ex genere. Et iure legislator eum de quo
semen egreditur coitus id est eum qui per filios procreandis semen effun-
dit: sed et mulierem que suscepit lauare corpus precepit. Illa
quia semen suscepit per quod hoc templum surgit totum id est
integer homo describitur ex anima et corpore quemadmodum enim aliter
diuina scriptura appellat eum qui est ex anima et corpore hominem
Gen. xlvi in pluribus locis dicit: Descendit Iacob in egyptum in lxxv ani-
mabus. Sic corpus rursum totum appellare hominem consueuit

xliiij

Quod ondit liber genesis Joseph feminea inquinasse fratres per
turpia dicens. Natura autem sordidus effectus per inobedientiam ade
sordidum esse etiam semen suum fecit necessarie et corpus sordidum
de quo semen tale prodiit. Immundi autem usque ad vesperam esse non
sine causa dicuntur quia in fine seculorum christus veniens ondit aquam
qua genus humanum emundabitur. Et hanc mansimus usque ad
in mundi probatur ex eo quod et hii qui nec dum peccaverunt id est in
etate infirma constituti signaculum baptismi necessarium habent
ne forte morte superveniente sordidi transeant. Sordem que
ex adam descendit in semetipsos habentes. et propterea non valen-
tes in regnum intrare celorum. Vestem autem et pellem qua habent
cum evenit videlicet immunda esse et lavari debere dicit earum
precipit gratia. Nam extendit legem atque manifestat quoniam
corpus humanum propter unam inobedientiam sordidum sit effectum
ut etiam inseparabilia ex eis polluantur. Deinde per hec ma-
nifestius facit mulieres que libidinis causa iuxta ad quendam
temporalem circumspectum usum qualem solent vestimenta habere
hominibus sicut et abusio pellium que inveterate perire solent.
Nam et illam consuetudinem veterascentem a natura cepimus atque
in more vestimentorum seu pellium commutamus. Neque enim semper cum
eis permanet cum quibus inordinate contrahunt. Hoc quomodo
intelligentes in Mosayce legis verba. maximum ex eis inimicum ca-
pimus et a legis questione questionum nec reprehendere eam pos-
sumus ut super fluxum patientem et de his exigentem penam que
contra voluntatem non sunt. Fluxus enim feminis non contra
eveniunt voluntatem sed ex infirmitate contingunt. Rursus virum
mulieri copulare et mulierem viro compellit nature consortium
et dei diffinitio que ait Relinquet homo patrem et matrem Gen ij et Math xix
et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Nam et
si adam hec verba sunt tamen ex divino hec dixit spiritu. Unde et
christus quando phariseis non dimittendas mulieres dicebat
librum quem nunc diximus memoriam faciens adam ea sicut
ab eo die ea retulit ait enim Qui ab initio fecit masculum
et feminam. fecit illos et dixit propterea relinquet homo patrem
et matrem et adherebit uxori sue. Ergo non penam eorum
que contra voluntatem contingunt exigit. nec quasi a sordidis his
qui secundum eius conveniunt secundum legem. Sed in his quidem qui flu-
xum seminis patiuntur corruptos doctores qui iniusti sunt fi-
liorum peccatorum. Hic autem adam inobedientiam insipuit
erga genere humano sordido effecto et femine ex quibus genus
accrescit. Non est autem ammirabile si mulieres que non fuerunt
tria. sed propter usus turpitudine cum viris habitant. Vestem
et pellem intelligere legislatorem diximus. Vestimentum enim
et in malo aliquando atque contra legem usum in divina scriptura
acceptum invenimus. Sicut David dicit. Et induit se maledictionem
sicut vestimentum. Et rursus Iudicatur qui dicit et habent in re-
hiccecintiam. Pellis autem unde aliquid boni significat tunc
non simpliciter ipsa pellis. sed pellem ad librum aptam le-
gislator dicit. Et hoc quod factum fuit opus ex ea. aut quod
faciendum est ex ipsa. per eam demonstrat. Nunc autem quia hoc in

dixit neque in sacrificio pellis assumpta est. Dicit enim de coriatis holo-
caustum in integra commixtione positum est. Non enim per coitum
seminis id est per coitum letalem ex quo semen effertur pellem pollui aut
perfundi docet. Necessarie ergo eam quia quis abiciat mulier pellem
intellexit. Illud tantum ubique custodit quia ad sanctificationem et casti- *Contra degenerat iudeos eius pollutionibus*
tatem iudeorum gentis legislator trahens, primus enim quidam cor-
[illegible] servabant; Hec contra eos qui qualitercumque effundunt semen
et eos qui hec tangunt dicit. Immundatione eos perplexens ut saltem
tacti efficerent et luxuriosis abstinerent commixtionibus fastidio
laboris frequentius purificationis; Hanc enim intentionem secundum litte-
ram et in subsequentibus lex habet licet aliquid aliud secundum spi-
ritum requirat, sicut et ipse expositurus sum. Quia nec ipsum qui hic
est spiritualem intellectum pretereo. Quemadmodum illum qui flu-
xum seminis patitur, eum qui corrumpit doctrinam intelleximus id est
sic de corpore seminis totus egreditur eum qui ad iudeos pertinentem doctri-
nam docet intelligimus. Nam sicut effundens naturale et sanum
semen propter perdendum tantum adam immundus est. Sic et carnaliter sana
propter legem que putatur doctrina sub culpa est et reprehensibilis
qualiter tantum docet que maledictionem infert de talibus similiter. Non
enim possibile est quempiam per illam perfecte corrigi, utidem a sancto ma-
ledictionem discipulos suos subdit per eosque iudeos qui mulierum tu-
centium accipiunt figuram utpote qui semper adherent et con-
sequuntur doctoribus in scientia [illegible] suam. Hoc autem ipsum et
meos qui imperiti sunt operantur, quando doctrine eorum semen
susceperint, quod vestimentum et pellem esse dicimus utpote tem-
poraliter et turpitudine doctrinas eorum. Non autem ut et ipsi parent
aliquam legalem iustitiam suscipiant. Nam quomodo possibile
est hec imperitum permanentibus, sed ut per sermones eorum et ipsi
maledictio legis pollui accipiant. Mulier que redeunte
mense patitur fluxum sanguinis septem diebus separabitur. Omnis
qui tetigerit eam immundus erit usque ad vesperam et in quo
dormierit vel sederit diebus separationis sue polluetur. Qui te-
tigerit lectulum eius lavabit vestimenta sua et lotus aqua
pollutus erit usque ad vesperam. Omne vas super quod illa sederit
quisquis attigerit lavabit vestimenta sua et lotus aqua pollutus
erit usque ad vesperam. Intentio legislatoris est a mulieribus unde
abducere hominem similiter cum viris et mulieres prohibeantur
propter commixtionis causa. Non enim hoc per illorum prevaricationem agit
maxime ea que nunc dicunt affirmant. Invenit enim modum
[illegible] per varia tempora ac plurima intervalla ab ingressu mulie-
bri separaret viros. Nam mensibus singulis fluxum sanguinis
patiuntur; vii autem diebus immundas eas esse constituit etiam qui sim-
pliciter tactu eas contingunt immundos esse usque ad vesperam. Propter
Qui vero cum ipsis dormiunt non una die immundos sed vii diebus
esse dicit. Ergo sub dierum multorum continentia tam mulieres
a viris quam viri a mulieribus necessitate cohibentur. Et hec *[illegible]*
per litteram. Hoc est autem verissimum immane [illegible]
quod est minus inclusum. Fluxus enim sanguinis anime tam
personat utpote effeminatam et fortitudinem pietatis perdentem.
Mulierem vero legislator in [illegible] ydolatria est secundum quod lxx

currit fluxus in corpore eius. Corruptio enim seu peccatum est humani
generis ydolatrie sanguinis effusio. propter quod non dixit de corpore eius;
Neque enim a natura est ydolatria adinventa sed a demonibus. In corpore
videlicet generi nostro inflicta est et corruptio humane est effecta na-
ture. Sed et tempora denuncians in quibus ydolatria obtinuit de
quibus paulus dicebat. Et quidem tempora ignorancie despiciens Act. xvij
deus nunc annunciat omnibus ubique penitenciam agere. Quid dixit vij die
bus separabitur quod aliud in purgatione sua. alii vero interpretes in
separatione iniquitatis sue. alii autem miseria ediderunt. ut per septena-
rium dierum numerum tempora significaret. prius quam usque ad com-
pletionem temporum sunt inquinata completione evangelica pervenit predica-
tio. Judeis enim separata a deo per ydolatriam homines in separatione
iniquitatis et miserie necessario erant. usque dum deo per evangeli-
cam conversationem coniungerentur. que modo octava diem accipit quia
signum et principium et arra quod a modo seculi et futuri propter quod et oc-
tava die salvatoris processit resurrectio. Non solum autem ydolis
serviens anima sed et lectus qui eam tangit idem qui particeps
eius efficitur. Et multo magis hic qui in quo dormit vel in
quo sedet. id est qui doctrine eius et traditionis fit particeps
vel qui tetigerit cum ea immundus erit et inmundatione operis hec
nec aliter mundatur nisi lavatur aqua; Quid enim autem aqua in
precedentibus diximus. Intantum autem oportet ab omni ydolatrie
malicia abstinere. et nec eos qui ydolis serviunt. nec hos qui-
bus illi qui dicuntur vel quasi lectis aut vasis utuntur contin-
gere. idem nullo cum eis communione habere ut paulus prohibet I Cor. viij
etiam in ydolio recumbere ac multo magis comedere ydolatitum Sed
hec quidem parum peccati et pollutionis habent. propter quod una
die immundum eum esse dicit legislator. Si autem aliquis coierit
cum ea tempore sanguinis menstrualis inmundus erit vij diebus. i.
idem si quis in malo et actioni anime ydolis servientis communicavit
imolans forsitan et ipse ydolis sive libans aut aliquid agens
ydolorum cultui proximum. Hoc enim est cum fluxum sanguinis
patientis dormire multiplicatur peccato polluitur. propter quod primo die vij
diebus eum immundum esse precepit sicut qui animi sui vitam et omnem
suam conversationem fecit ydolis serviendo sordescere. Mulier que
patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali
vel que post menstruum sanguinem fluere non cessat quamdiu huic
subiacet passioni inmunda erit. quasi sit in tempore menstruo. Omne
stratum in quo dormierit et vas in quo sederit pollutum est. Qui-
cumque tetigerit eum lavabit vestimenta sua et ipse lotus aqua
inmundus erit usque ad vesperam. Quatinus vir dicet spiritus dei
legis contemplacione et lectione litterale. hiis que per partes
sanciuntur accidit. Quia enim fluxum seminis patientem in-
telligi in lege obscena et corrupta docentem alium diximus
Et de quo coitus seminis egreditur. iudaica violenter doctrina. resta-
bant autem hii qui paganorum doctrinam docent. Etiam etiam ipsos
nunc oportune subiunxit; esse quidem fluxum sanguinis ydolorum
seductricem et errorem diximus utpote generis demonis in san-
guine gaudentis et non solum peccatorum aliorum quam animalium sex.

racionabilium sed etiam hominum sanctificata perhibente. ita ut in multis
locis apud eos talia celebrentur misteria. velut dyanis et diane
aliorumque demonum in quorum fluxus sanguinis apud eos inoleverat
Attende nunc autem in quibus verbis legislator usus est Mulier
que patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali
Quod lxx sic ediderunt Mulier si fluat profluvium sanguinis dies
complures Non dixit si fluit aliquid quod est ydolis pro mire
sine immolatur, sed si fluxit fluxum sanguinis idest si fluit macu-
lam et cruorem ydolatrie fluit autem hoc non in tempore menstruali | ydolorum furor obtinebat
idest non in temporibus; in quibus de ea loquebamur consuetum | hec enim esse menstrualia
est. sed et postquam cepit sciencia et per evangelium doctrinam lu- | tempora in aliis libris inveni
men pietatis illuxit Ipse tamen immunda fluit et docet quedam
errores ydolorum extra immunda est sicut illi illorum temporum
in quibus furor ydolorum optinebat illa docentes que-
cunque ad illorum pertinebant errorem Erant enim tunc etiam
immundi, sed et nunc multo magis tamen quia iam predicata est immundi-
cia eorum et error convictus, quia quia noluerunt oculos suos prebere
luci vere intelligencie propter quod dixit Que patitur fluxum sanguinis
non in tempore menstruo vel que post menstruum sanguine fluere non
cessat quia dum hanc subiacet passionem immunda erit Alium et si
non integram ydolatriam auguria tamen et divinaciones aut purga-
ciones, aut veneficiorum artes docet. mathematica et hec in mundo
quemadmodum et hii qui pleno idolatriam hiis quibus florent tem-
pus tradebant et docebant Sed et quicunque hiis ex opere disputando
sinum prebent In personam enim horum intelligitur stratum in quo dor-
mierit. et vas in quo sederit idest hii qui studiose has doctrinas
suscipiunt. sicut doctoribus suis monstrum immundi erunt quemadmodum
et hiis qui eas docent, Hoc enim ostendens legislator de strato et
vase dixit secundum lex immundum erit secundum dies profluvium eius eos
qui ex opere talia discunt docentibus comparari cupiens Intuamur
aut hec vana sunt et ita dei lex in mundus sit eum qui vel parva
horum attingit qui ad idola pertinencia loquuntur aut assumunt
et eum qui vel comedat cum eis aut mense potum et communicata
misteriorum Sicut genera immundum societatis removeat unde
et corinthiis scribebat paulus Non potestis calicem domini bibere
et calicem demoniorum An emulamur dominum, numquid forciores
illo sumus Et rursus Nolo vos socios demoniorum esse Sed
aut mulieris introduxit personam hic nominis Diximus enim
quia per quod cogitacionum virilitatem et divine sciencie forti-
titudinem hii qui in ydolatrie deciderunt errorem perdiderunt
animasque suas effeminaverunt Recte in hiis
quecunque cultum ydolorum impendunt seu agunt et docent
sed horum enim imaginem gerere intelligimus mulieris in similas
hiis fluxum patitur sanguinis Que omnem quidem substanciam in elange
sine meta sua in medicos expendit idest in eos qui apud eos e- | mth ix marc v
tant philosophis Non tamen sanata est per eos ab egritudine er-
roris sui quia dicentes esse sapientes stulti facti sunt et
indixerunt simulacrorum cultu et furore alienati Terram enim
aerem et celum quorum fere solius dei exordia timuit menebat
tus fimbria ihesu retro tangens liberata est a fluxu, divinitatis autem
fimbriam eius: fidem enim eius Nam cum teigit fimbriam fuerit

vestibus moysi precepit. Quia enim divinitas debet intelligi manifestius
dextera humanitatem intelligimus. Hanc igitur que in fluxu constitute erant
sanguinis idolorum propter tetigisse diximus. Quod si non solum eos qui
ad effundendum ydolatrie sanguinem vacant, sed etiam eos qui docent ea
que ad doctrinam pertinent paganorum fluxum sanguinis exposuimus non est
ad miraculum. Mos quippe est etiam apud exteriores affluentis eloquium lar-
gissimumque per ac facile ad doctrinam effundens fluvium vel rethoricum
appellare. Si tetigit sanguinis et fluere cessavit numerabit vii dies
purificationis sue et octavo die offeret pro se sacerdoti duos turtures vel
duos pullos columbe ad ostium tabernaculi testimonii. Qui unum faciet
pro peccato alterum in holocaustum. Rogabitque pro ea coram domino et pro fluxu
immundicie eius. Docebitis igitur filios israel ut caveant immundiciam et non
moriantur in sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum quod
est inter eos. Hic vero quod sacrificium sit et qualis in his qui fluxum seminis
patiuntur mundatum necesse erat diximus. Similia enim et illic lex
cepit. Sicut enim ubi semetipsum sumere turtures aut columbas in
sacrificium fluxum seminis paciente legislator precepit, quia magis in
locum tenebat atque persona. Sic et hic haberi que fluunt fluxu
sanguinis, figurare enim eam diximus docentes que ad errorem ydolatrie
pertinent. Quamobrem et eloquenciam docens et eloquentie preparans
sibimetipsi sumere que ad purgacionem prestitui potest. Facillime
quippe exterior sapiencia interiori subditur et ab ea fuit utilia. Siquidem presci-
encia illam fluxum sanguinis paciens tunc habere figuram eam que
sanguine ydolatrie apposita est omnium est sibimetipsa medicinam precepit
tacta fimbriam vestimenti domini et antequam extenderet manum. liberata
a passione pervenit. Que igitur ad interpretacionem desunt hec in subsequen-
tibus per ordinem diximus. Docebitis igitur filios israel ut caveant
immundiciam et non moriantur in sordibus suis cum polluerint taberna-
culum meum quod est inter eos. Quamvis omne peccatum immundicia sit
animae maxime tamen ydolatria et que ad eam pertingunt. Hec habere
et in his timoratos filios israel legislator precipit ut non tenebrosa
impietatis moriantur morte. Polluitur enim impii tabernaculum dei
quod in ipsis est atque qui in corpus suum est quo fluens sanguinis aut semi-
nis inquinatur. Sed quia impietatem sermo innuit que hominem
totum polluere consuevit propterea caveas, sicut ut lex timoratos
in erant faciens filios israel in immundicia sua. Quod neque de leprosis
neque de his qui tetigerunt morticinum scimus. Sed et tabernaculi
dei quod in nobis est meminisse. Tabernaculum enim dei est omnis
noster homo in quo deus habitare creditur. Primum quidem per imaginem
quam nobis donavit. Deinde per prouincias quas a nobis suscepit. Ver-
bum enim caro factum est quod per illam unitionem carnem in corporis
habitare hominibus dicitur. Quod probat Johannes dicens Verbum
caro factum est et habitavit in nobis. Ista est lex eius qui patitur
fluxum seminis et qui polluitur coitu et qui menstruis tem-
poribus separatur vel que iugi fluit sanguine et hominis qui
dormierit cum ea. Hic enimque eiusdem sanctionis sibi coherent
et quam ad unam intencionem in effectu tendit utilitas hec sibi-
met legislator committere consuevit. Ut ei qui meditacionem
legis studium prebet manifestet quoniam oporteat hec intelligi. et
que cum quibus cognacionem secundum similitudinem intellectus
habeant. Quia igitur esse fluxum seminis paciens doctorem corrum-
pens semen et turpia atque corrupencia ammonens esse probatur

Hoc est domus dei

Joh. i

Et de quo egreditur semen coitus ut polluatur. Hic qui iudaica
precepta edocet in quibus ipse inter mala bona docens et legis inten-
tione transgrediens polluitur: dum ea que ad litteram pertinent
extra tempus profert. et non quedam mundis sicut immundis utitur
de quibus dictum est. Omnia munda mundis. coinquinatis autem
et infidelibus nichil mundum. Sed polluta sunt eorum mentes
et conscientia. Sanguinis autem fluxum patientes menstruis suis hi
esse demonstrati sunt qui ea que ad impietatem tendunt illo
docent tempore in quo genus humanum errore ydolorum de-
tentum menstruis suis id est in separatione malicie; a malo enim
separati non erant ut ostenderet quia eadem de his que pre-
docent lex loquitur. addidit siquidem lex fluxum seminis patienti
masculo et femine. Atque in precedenti sanctione de solo fluxu
seminis patiente masculo dixit. femine autem fluxum seminis
patientis memoriam secundum litteram penitus non fecit. Sed per
mulierem que fluit fluxu sanguinis, eum qui effundit doctrina
idolatrie intellexit. Et propterea illius eam fluxum seminis patien-
tem appellavit, ut nos disceremus quia eum qui accipit alie-
nam doctrinam turpiter eam et male proferens, talem qualis is
qui impietatem docet lex reputet. Utrorumque enim verba corru-
ptione plena sunt. his iterum coniunxit eum menstruata dor-
mientem. Dormit autem cum qui ex fidelium populo idolatrie mixtus
consistit superius diximus. Unde non simpliciter sed masculum
perfectioris vocabulo sicut nomen fidelis possidentem, dixit etiam
si prevaricator effectus hoc vocabulum negat falsisque messe
dedit. quod dormiens mulierem errori qui separatus est quidem
primum ut sordidus. deinde ut cum menstruata longe ab ea sedere
et degere. Et propterea immundis ordinatus est et huius [illegible] pena
manifesta est. Manifestum quoque etiam quoniam immunditia a penis
liberari possit. Sed adhuc his superedificans legislator in propo-
sito congruitatem sanctionem que subsequitur posuit. Locutusque
est dominus ad moysen dicens. Post mortem duorum filiorum aaron
quando offerentes ignem alienum interfecti sunt. Ecce et nunc ser x
dei sponsus unum corpus legis facit et ad unum redigit in unam
sibi coherentia. Et cum dudum manifestasset ea que ad naturam
que circa legem est pertinent, medelasque eius multiplices quas-
dam atque differentes expansisset. Una nunc eam redegit lege
et communem quodammodo circa eam subdidit preceptum et causam
morbi ipsius manifesta fecit. id est non contingit et non super-
venit; audisti enim quoniam filiorum aaron eorum qui divino
igne consumpti sunt. querebamus mortem quia cum ultimum illic
legalis traditionis et historie facimus ignem alienum alienam
a deo doctrinam diximus. Et propterea admonet ignem videlicet spe-
cialem a patre circa dicunt. Et circa sectum semen accipiunt. Hi qui
ea que mala et iniqua sunt docent. Sive quod ea que errori
ydoli idolatrie coherent divinis tradidit. Sive corrumpit ex parentes
ta doctrina per [illegible] ut ex ea polluatur. Circa tempus videlicet
et intentione legis: corporis legis litteram proferens ignem alienum
deo affert. Et propterea moi dicunt ex lege celerem habentes

transgressionis pena. Verum quidem hii mortui fuerint ideo quia
dyffidati fuerint et quodammodo defecerint tunc sanctio que sequitur
obtinebit. Et ipse ea post mortem filiorum aaron qui ignem alie-
num obtulerunt dixit ipse deus ad moysen ea que sequuntur dicens
Et precepit ei dicens loquere ad aaron fratrem tuum ne omni tempore
ingrediatur sanctuarium quod est intra velum coram propiciatorio
quo tegitur archa ut non moriatur quia in nube apparebo super
oraculum. Multum parcit deus saluti nostre ex multis que
in lege dicta sunt comparatur et dicta sunt de quibus in his negligen-
tes oculos mentis per singula intendamus. Quid enim prodest ho-
mini si universum mundum lucretur anime autem sue detrimentum patiatur 1. Matth xvi
aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua. Quia hec summa
sive capitulum salutis nostre ubi dictum est. Ipsa enim no-
bis malas bonas vel bona facit si autem mala malas digito
monstrare consuevit. Recte maximam diligenciam legislator
exhibet ut non solum in illis turpiorum aut in fabulis in-
dantis aut in aliquo ydolatrie fantasmate doctores nostri
credant sed nec occasione theologie in impietatem cadant quod
moris est hereticis pati. Substanciam enim destruentes dei-
tatis patris ad filium quam filii ad spiritum sanctum differenciam intro-
ducunt. Et alia similia que nostram excedunt scienciam abs-
consa que sunt nobis sicut universalia atque sublimia non exe-
bimus dignationibus sed ex suis cogitacionibus exquirere vo-
lentes aut moderacionis ecclesie excessunt tempore hoc quod ne pa-
ciamur lex prudentibus nos premunit verbis. Ait enim sic. Et dixit premonit
dominus ad moysen Loquere ad aaron fratrem tuum id est sa-
cerdotes sibi invicem hec precipiant et consequenter doctorum
talia proximo sanctificent qualia nunc deus loquitur ad aaron
moysi precepit. Que sunt autem hec. Ne omni tempore ingrediatur sanctua-
rium quod est intra velum coram propiciatorio quo tegitur archa.
Commune omnibus mandatum et commune hic legem proposuit
primum quidem sacerdotibus aptum deinde omnibus qui volunt di-
scutere divina misteria. Quamobrem secundum lex impersonaliter
precepit dicens Non ingrediantur omni tempore in sancta interius
velaminis qui non addidit amplius prohibere ad hoc manifeste
tricipiens. Quia enim velamen corporis salvatoris intelligitur sicut 1. Hebre x
paulus superius ait Habentes autem confidenciam introitus sanctorum
quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen
id est carnem suam. Ipse est enim verum et intelligibile propiciatorium
ut probat qui ipse nobis peccatorum propiciacionem prestat. Ait enim id
paulus. Omnes peccaverunt et egent gloria dei iustificati gratis per 1. Rom iii
gratiam ipsius per redemptionem que est in christo ihesu quem proposuit deus
propiciatorium per sanguinem ipsius. Quod autem nos habemus coram
propiciatorio lex cederunt coram facie propiciatorii hinc autem
propiciatorio facies divinitas eius videlicet sunt. Quamobrem
Pro deum pon di quando moyses videre deum desiderans dicebat. Si inveni graciam 1. Exodi xxxiii
in conspectu tuo ostende mihi teipsum. Et respondit Non potes
1. meam videre faciem. Nemo enim homo videbit faciem et vivet. Quia 1. meam
substanciam dei nemo comprehendere potest hoc dixit. Quod
autem eius potest videri ipse apte subdidit dicens Ecce est

locus apud me, stabis super petram id est ecclesiam et confessionem que
cum / meo est enim fidelis dicens Cumque transibit gloria mea significans xpi
ad homines transitum, et ponam te in foramine petre id est in lege. Fuit
enim quasi foramen et angustia ad confessionem xpi et fidem per eam transitus
Galat iij / Unde et pedagogus noster ad xpm lex esse per paulum dicitur. Et ponam
super te manum meam. significans videlicet et miraculis que tunc
fiebant. Donec transeam tollamque manum meam, et videbis posterio-
ra mea. Quando enim apostolo videlicet miraculis sue signa ut fiebat
principem populi moysen accepit protectorem deus abstulit ma-
num, et sua eum virtute indiuit intantum ut romanis tribu-
ta prestarent et sub legere eorum et principes degerent. Tunc viderunt
posteriora dei id est dei incarnationem. Posteriora autem omnis quia videlicet / Et sunt posteriora dei
in ultimis est temporibus incarnatus. Faciem autem meam non videbis
ait, substantiam videlicet divinitatis. Apte quia doctores vetuit et / Non licet disputare substantiam dei
sacerdotes prohibuit et questiones de deo loqui fas est et exquirere
substantiam dei, disputare xpi divinitatem, ingredi interiora vela-
minis intelligibilis; velamen enim xpus habet carnem tegumen-
Hebr x / tum divinitatis sue, quemadmodum et hoc quod erat semper velamen te-
gumentum sancti sanctorum fuit. Non solum autem velamen sed testimonium
archam carnem domini appellavit, multis illam necessario appellans
nominibus. Quia multe circa eum sunt operationes. De hac enim
david in psalmis prophetavit Exurge domine in requiem tuam
et archa sanctificationis tue; hec archa intelligibilis testimonium ut pote
continens passionem salutarem dicitur. De qua dixit paulus. Te- / 1 Thi vi
stificor coram deo et xpo ihesu qui testimonium reddidit sub pon-
tio pylato bonam confessionem. Rursus et evangelium dicimus
esse testimonium tamen quia intelligibilis arce, id est carnem xpi cu-
lucet. Quam quia ex ipso passionis testimonium habemus. Depo-
enim et paulus ad thimotheum scribebat. Testimonium temporibus / 2 Thi 1o
suis. In quo positus sum ego predicator et apostolus. In archa
hoc hac est ipsa lectum qua in carne sua xpus nobis spiritua- / Nota de incarnatione vi
tem prestitit ad quam omni tempore non precepit doctores ingredi, / scrutari licet ut doctores
ut curiose inter non inferrat quemadmodum tamen factum est / verbum / Joh 1
modo qui in forma dei erat in forma servi factus est. Quoniam
Philipp ij / exinaniuit semetipsum et incolis manifestus. Horum enim fides sa-
lutem afferet primum incarnationis. Hoc ergo qui credit et non
querit non morietur. Quia in nube inquit apparebo super
oraculum sive propiciatorium. Nubem rursus divinitatem celestem
et evangelicum appellat verbum. Eandem enim multis vocat
nominibus nec est tautologia sed operationibus rerum quas sig-
nificant apta imponit et distribuit nomina. Aliquando enim
velamen carnem dicit tegumentum hanc esse divinitatis xpi
significat, aliquando autem archam hominem videlicet quem ipse
Joh ij / dominus exponens iudeis dixit. Solvite templum hoc et
in tribus diebus excitabo illud. Quod iudeis ignorantibus
et dicentibus Quadraginta et sex annis edificatum est tem-
plum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud. Evan-
gelista explanavit dicens Ille autem dicebat de templo cor-
poris sui. Aliquando vero nubem quia nubis corpus quidem est

Sed munditiam et substantiam exprimi secundum honorem. Frequentibus enim idem
verbis nubes scripture sumunt secundum quod eius subtilitatem et levitatem
atque munditiam ysaias ascendens dicebat: Ecce dominus ascendit super l. Ysaye xix
nubem levem et ingredietur egyptum et commovebuntur simulacra
egypti. Nubem simul non incongrue evangelium appellamus vel
verbum quia mos est divine scripture sancti spiritus doctrinam nubem appellare.
Unde et vineam videntur sicut infructuosam auferens dicebat: Mandabo
nubibus ne pluant super eam ymbrem. Deinde que sit vinea l. Ysaye v
exponens subdidit: Vinea enim domini sabaoth domus israhel est et homo
l. germen delectabile eius iuda novellum dilectum. In hac ergo nube deus tamen in doctrina verbi
ne quis evangelica predicatione insinuari et nichil amplius quam
unus nos qui aliquid de deo sentiri nolumus. Sed quoniam nobis
evangelica sermo tradit quia ex divina carne per ipsum. Neque
enim frustra vivo nomine carnis dominum per angelum legislator significat.
Sed quia evangelio ex carne divina oratio atque substantia est.
Verum tamen et illa nobis ratio confirmat quia non solum hic ipsum
differentibus nominibus divina nominat scriptura ut differentes opera
tiones significet sed in nominibus differentiam ostendit. Plerumque etiam con
trariam, sicut aliquando quidem sagittas malas et ignitas illas
que sunt corruptissime ut alterius nequitie organa et operationes
vocat. Ipsum diabolum assimilans quia corrumpit eos qui ei se com
miserint. et in eos se quodammodo infundunt aliquando aut in peccatis igitur
tum alibi quando in verbo domini insinuat quia lux est cordium qui
ad eum per singula accedunt tempora; caloremque vitalis atque purga
tionis. Non ergo estimes superflua sive nova inducti per exposi
tione quod eisdem nominibus indifferentibus utitur talibus aut
nomina differentia in eisdem accipit rebus. Sed illud intuen
dum tantum si non proprie et secundum tempus significationes nominum
in adiacentibus expositioni rebus interpres accepit. Sed iam
que sequuntur videamus. Sic ingreditur sanctuarium aaron.
Vitulum offeret pro peccato et arietem in holocausto. Tunica linea
vestietur et feminalibus lineis verecunda celabit. Accingetur
zona linea. cidarim lineam imponet capiti. Hec enim vesti
menta sunt sancta quibus cunctis cum lotus fuerit induetur. Mira
bili ordine etiam nunc legislator ad ea que innuere possunt
et utilia esse legentibus loquitur. Et qui thesaurum recondi
tum in ea perscrutantur invenitur. Cum enim dixisset ne intrent omni
hora id est non continue id est sine intermissione ingredi
in sancta sanctorum. Ne forte sine metu et circumspectione ad ea
que divina sunt passim aliquis aut accedat. Nec maiore
perscrutatione omnino prohibuit. Sed quid nos hec aut quo
modo iubet uti quando nosmetipsos perscrutamur sive consumma
vimus quemadmodum nunc tradidit. Id est non ingrediatur a
aron in sancta nisi hec fecerit. Hic ostendit quia non solum
non frequenter sed nec omnino non ingredi in sublimiorem
divinum contemplatorem propter quam et appellant sanctuarium
~~[struck]~~ utpote que de deo loquitur qui sanctus sanctorum est et eis
qui bene ea utuntur sanctificat. Sed quoniam intelligitur aaron est id est
altioris conversationis habens. et qui in tantum per virtutes est

ascendens ad dei satisfactionem, ut sicut divina scriptura respondet perspi-
Hoc enim Aaron interpretatur; hic ingrediens vitulum offert pro peccato vide-
licet in sacrificio ingreditur Christus. Qui quia non solum pro peccatis nostris im-
molatus est sed et in omnibus nobis praestat ~~peccatum in~~ peccatorum nobis abso- perfectam omnium
lutionem quia vitulum perfectum deo sacrificium congruit et apparuit dedi-
dit legislator et arietem in holocaustum. LXX autem ediderunt de vitulo
ex bobus: quia Christus ex bobus illis operatoribus iustitiae secundum carnem
factus est, verbi gratia Abraham, Isaac, Iacob, David. Nam boves lex
eos qui in iustitia operantur nominat. Sicut nobis Paulus tradidit illud
interpretans mandatum: Non alligabis os bovi trituranti. Deinde
subiecit: Nunquid de bobus cura est deo? an propter nos utique dicit? quia
debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipien-
di. Vitulum autem et vitulum perfecte ipse sacrificium et victimam appellat hunc
evangelica explanat parabola, in qua prodigo filio pater revertenti pri-
mam stolam dedit baptismatis et anulum, id est signaculum spiritus. Vitu-
lum quoque ei sacrificavit unigenitum immolans. Ipse et aries in
holocaustum est. Hoc enim ea quae de Isaac historia explanat, quod
per arietem secundum LXX in virgulto Sabech, id est in virgulto remis-
sionis, quod absolute tenentem intelligimus, in qua nostrorum peccatorum
facta est venia, ex cornibus colligatum videns Abraham im-
molavit eum et sacrificium Christi complevit imaginem. Unde et de
eo dominus dicebat: Abraham exultavit ut videret diem meum
et vidit et gavisus est. Quia enim aries ex genere ovium est [illegible]
est princeps et gregis dux, recte significat Christum qui est ex massa
nostra sed princeps et excellens nos et dux omnis humani gregis
rex est. Si hoc idem in Christo vult nos intelligere in scriptura, initium enim
de deo loquendi Christus est et eius passio, quae si non aperta fuissent
et tam paganorum quam erroneorum qui in umbra legis et caligine libassent
nos de patris divinitate loqui minime potuissent. Nemo enim scit
patrem nisi filius et cui voluerit filius revelare. Sed quia hic humi-
liter locutus est et minime deum inquirentium possibile est hominibus
vult necesse est ut omnibus virtutibus armetur. Attende et hoc quemad-
modum appareat. Virtutes enim iiii generales sunt: iustitia, castitas,
fortitudo, sapientia. Propterea requirit tunica linea induitur, id est
iustitia. Licet enim propter vestimenta honoris est tunica qua LXX scri-
ptura dicunt, quia significat adeo qui iustitiam diligit et principaliter
ea indutus est. Unde de eo dixit David: Iustus dominus et iustitias
dilexit. Per feminalia castitas significatur, quod manifestum est ex
eo quod non permittit videri carnis nostrae inhonesta. Quia
autem totius corporis decor castitas est, necessario legislator ait
feminalibus lineis verecunda celabit. Atque cum super femora et
circa virilia eius nudus solum sint feminalia, sed ostendere
vult quia feminalia hic castitatem totius corporis custodiret
carnis nostrae significat. Per zonam fortitudinem intelligit, unde dominus
Iob sublevans passionibus ac periculis appositum dicebat: Ac- Iob xxxviii
cinge ut vir lumbos tuos. Per cidarim quia munimentum ca-
pitis est intelligitur mens omnibus sapientia. Quia enim in capite
sapientiae est organum, non ignoramus quod et cerebrum dicitur. Unde
praecepit ut ostenderet virtutis stabilitatem. Sed haec linea propter eam
spatiose ne labilem gratiam ad dispensationem esse sicut et ea quae

linea sunt corporis. Super quod sunt nisi insipidis mandata fuit. Prima etiam
cum sublimes sint comparatio earum potest esse intus quarum sin-
gula in lumine pervenimus. quod altum quidem calamum habet. sed
similem a terra ascendit facileque contingi potest etiam a parvulis
et ei qui hoc induetur acceptum consilium est sicut supra diximus e-
stuanti etiam refrigerat sed et in gelu fovet quod est virtutis spiritus
Prius refrigeraverat quidem mestre concupiscentiarum. In frigore autem
temptationum calefacit. atque ad zelum erigit et non permittit
sentire persecutores. Sed ut non etiam salutis precipuum capitulum quod
est baptisma. nec estimes te sufficere virtutes sine dono bapti-
smatis addidit. Hec enim sunt vestimenta sancta quibus cunctis
cum lotus fuerit induetur. Lavabit omne corpus suum aqua baptisma-
tis. quia totum nostrum lavat et renovat hominem. Ergo bapti-
zari oportet prius et ex aqua regenerari ac spiritu. ac sic predictis vir-
tutibus indui atque per eas Christum. Hoc enim et ipse contextus le-
galium significat verborum. Postquam enim dixit legislator. ne
omni tempore ingrediatur sanctuarium nisi hec ante fecerit. Vitulum
offeret pro peccato subdidit. Et arietem in holocaustum ~~[illegible]~~
Tunica vestietur linea et reliqua. non solum Christum intelligibilem
arietem et unum holocaustum vitulum indicat perfectione Christum Ephes. iiii
enim virum perfectum et mensuram etatis Paulus appellavit. sic ipse
nos et induit volens. propter quod et baptismatis gratiam introdu-
xit. quia prius oportet induere Christum induimur. Quando autem hec ad-
epti fuerimus in sancta sanctorum ingrediemur non substantiam pec-
cantes dei vel destruentes. Hoc enim prohibitum est. Sed ad
ea que sunt de dispensatione Christi sacrificiorumque eius prioribus et
bonis que per ea scientiam suscipiende dogmatibus studium dantes.
Hoc enim manifestum facit maximum quod sequitur. Et suscipiet
ab universa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato et unum
arietem in holocaustum. Et offeret Aaron vitulum et orabit
pro se et pro domo sua. Multa hic interius dicentis simul et
audientis est necessaria ut non credant aliud quod certum est.
Prima maxima sunt mysteria ea que inde exponit lex. et
quidam imperfectis offendunt ignorantes carnaliter dicturum
Sed hec quidem in quibus offendunt ignorantes subtilius
in subsequentibus dicentur. Prima autem ad ipsum Christum ea de
quibus locutus est legislator in presenti cuidam referuntur.
Manifestat species sacrificiorum et effectus. Sed et hic accipi-
mus sacrificia accipiuntur a synagoga enim vel universa multi-
tudine filiorum Israel accipit sacrificia pro populo. Prima Christus qui
pro nobis immolatus est ex filiis Israel secundum carnem fuit. Ita ut
Paulus dicat. Ex quibus Christus secundum carnem qui est benedictus
in secula amen. De in sacrificiorum alia quidem pro peccatis
alia autem in holocaustum iubet offerri figurans sicut opor-
tebat Christi sacrificium virtutem qui pro nobis peccatis offertur. Audi
quippe Paulum dicentem. Christus enim semel oblatus ad multorum
exhaurienda peccata. Novissime sine peccato apparebit expectan-
tibus se. Prima autem ad holocaustum et ad perfectionem in-
dicat et provectum vite atque virtutis unigeniti sacrificium

factum est quomodo dubitari licet apostolo paulo dicente Ergo fra-
tres et vos mortificati estis legi per corpus christi ut sitis alterius
qui ex mortuis resurrexit ut fructificemus deo Et rursus de
Ebreos vij eodem dixit Viri et saluare in perpetuum potest accedens per se ad deum
Cor perfectio et ammiroda nra talis filius pro sacrificio sunt
factus est Propter autem perfectionibus sacrificiorum accepit legis
lator ea que immolabuntur Cum enim dixisset hyrcos pro
peccato offerri quomodo horam in peccatorum speciem diuina scrip-
tura accipere consueuit Vitulatoribus autem immediores quibus
quidem sacrificiorum hec pure rationis significabant ortis ponitur
ex legalibus hoc eodem simulatos exponimus hedum qui est
christianus dicitur recte ymolari ab eo qui primatum agit osten-
dimus utpote in tempestate et fluctu constituti usque dum
penitentie eius participat sacrificium dicens autem utpote du-
ctivum gregis probe acquiritur recte in holocaustum idest in
virtute et perfectione intelligi accipimus Quorum est enim ...
storum ... pro sacrificio hyrcus ita se habentibus enim ... di-
cis quinque per hyrcus pro peccato lex precepit offerri Aut eundem ui-
tulum offerri precepit Una autem ... breuiter soluit atque
explanat post Vnam non primus genus sed tamen peccatorum
quam instruxit est unigeniti sacrificium Et propterea hyrcum pro
genere quodammodo peccatorum offerri precepit Vitulum autem pro
iustis quia bos tamen sit ad operandum aptum animal
impositam iusti secundum legem accepit Vide et in uitulo
hic orabit pro se et pro domo sua domum dei iustos appellans
habitat enim in eis et inambulat ipse est eorum deus
et illi eius populus Deprecabitur et pro se idest pro domo ipse erat
ius Nam et si peccatum non fecit nec dolus inuentus est in
1 Petri ij ore eius Unumpotius adam inductus est qui peccatorum portare
maledictum quod semel humane supplicatio est semel
opus habet Audi ergo paulum ad hebreos talia de christo
vij scribentem Qui non habet quottidie necessitatem quem-
admodum sacerdotes primum pro suis delictis hostias offerre
deinde pro populi hoc enim fecit semel se offerendo Cumque
obtulerit uitulum et orauerit pro se et pro domo sua duos
hyrcos stare faciet coram domino in hostio tabernaculi testi-
monii Mittet super utrumque sortes unam domino et alteram ca-
pro emissario Cuius sors exierit domino offeret illum pro peccato
Cuius autem in caprum emissarium statuet eum uiuum coram
domino ut fundat preces super eo et mittet eum in solitudinem
Hiis rite celebratis offeret uitulum et rogabit pro se et pro domo
sua Valent certi in hunc offendere et infideles in lege de-
scandalizari Quod petrus sciens tum de pauli uasis ele-
1 Petri vlt° ctionis epistolis cum de omni diuina scriptura dixit In qui-
bus sunt quedam difficilia intellectu que indocti et insen-
sibiles depravant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum
perditionem hoc et nunc patiuntur quia ad suam voluntatem et
non ad verum intentionem intelligunt legem dei et noxium ac

ac pestilentem ydolorum cultum constituere ab hiis que dicta sunt
a legislatore inaniter cogitant. Nam dicunt super duos hircos legem
sortem mitti precepit: unum domino, alterum autem ad emissionem
separari precepit. Emissarium autem precepit appellant dyabolum
ut ex hoc occasionem pleant ad colendum malignum. Intantum
aures obstrepentes et in tantum mente ceci. Quomodo enim habet
racionem, aut credibile est quod deus ipse sacrificium dyabolo offerri pre-
cipiat, qui per ipsum moysen et fratrem et filium et filiam et amicum
integrum qui ad ydola currunt dissipari precepit. Et clamat: Non Deutro v°
erunt tibi dii alii absque me. Per david autem dicit: Non erit in
te deus recens nec adorabis deum alienum. Hic ergo qui precepit h
pro eo quod similiter gloriam ac sacerdotem et cultum equaturi et cum
hec diminui carnis hircine iubet ut duobus hircis oblatis unum
precipiat sibi applicari, alium autem ad usum suo quem emissarium
putant dari, sed nec cogitaverunt neque intellexerunt in tenebris
ambulant. Emissarium enim eum hircum qui mittitur in deserto
legislator appellat. Nos autem extra que ad littere legalis tra-
dicionem pertinent quemadmodum non esset verisimile hoc precipere
legislatorem demonstravimus; deinde intencionem sanctionis ex
operis consideracione exerceamus. Duos enim hircos statuere coram
domino in ostio tabernaculi testimonii precepit. Non autem eos ob-
laturus esset deo; hoc est enim coram domino, i.e. ad ostium dei, et neque
dyabolo mittebantur, sed et sortem mittere unam domino et unam
lustracionis precepit. Si alium malignum personam emissarium
accepisset, nequaquam de eo cum eo qui dei erat sors mitteretur.
Numquam enim quolibet malo quolibet bonum sortem habere
in divinis scripturis invenimus. Sed quoniam sors mittebatur
equales cum equalibus mittebantur sortes, sicut et tribus Israel
dividebant. Nam et quando pro iuda ad apostolatum alium eligere ne- Actuum primo
cesse habebant, super duos viros equales virtutibus et doctrina
mathiam videlicet et joseph iustum sortes miserunt ita ut
petrus consonando diceret: Tu domine qui corda nosti omnium o-
stende quem elegeris ex hiis duobus accipere locum ministe-
rii huius et apostolatus. Non solum autem antequam sors mitteretur
in duos hircos coram domino assisti precepit, sed et illum in quo
sors emissionis venit postquam eadem sors super eum ceciderit
et manifestatio fuit statui coram domino assisti precepit effundi
super eo preces. Quomodo igitur qui ante faciem dei statutus est ergo
hircus consecratus ipse rursus dyabolo mittitur vel quem
propiciacionem peccatorum, hoc quod in signo transmitteretur sacrificium peragit.
Si enim eius intencione etiam iustos peccatores efficere quem
peccatoribus propiciacionem putatur profligare. Quomodo autem hircus ipse
peccator de quo ait david: Constitue peccatorem adversus eum et
dyabolus stet a dextris eius, propiciacionem potest conquirere
peccatori? Solius quippe hoc dei est, ad quem david dicebat: Et
propiciare peccato meo, copiosum est enim. His ergo ita se habentibus
et unde legis intencio hoc ostenso intellectum non ignoremus
nos, quia de christi sacrificio per utrosque maxime legislator
dixerit. Unde et hii in hoc malum intellectum zizaniam dissemina-
re minime vitantes voluerunt. Nos enim misterium in videntes, clarum
quod eius testimonium ex lege considerantes. Una enim deus et
homo erat qui pro nobis immolatus est christus ihesus. In passionibus

divinitatem, custodiens solam passionibus humanitatem. Pervenit et
effectus aut passionis eius ad illam participatio non solum passi-
bilitatis, sed multo magis impassibilitas divinitatis fuit. Quod te-
statur Paulus dicens: Cum sit splendor glorie et figura sub- ad Hebreos 1
stantie eius portansque omnia verbo virtutis sue. Demonstrans aut
quod hec omnia de unigeniti divinitate dicuntur subdidit: Purga-
tionem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.
Ipse dominus sibi etiam ea que ipse erat canit carnis communionis. Ergo
hec apte dicta sunt. Accepta duos hircos statuit coram domino in ostio tab-
ernaculi testimonii ut ad ymaginem Christi hec inveniat agentem. Ipse est
enim ostium verum quod ad ostium tabernaculi testimonii quod celesti-
celis dicit. Et mittit Aaron super utrumque hircorum sortem unam
quidem, ut virtute et significatione sortem divine dispensatione di-
vinitatis Christi et humanitatis intelligamus. Divinitatis tamen quod huic
quam ille puniret propria ut hec quidem pateretur illa aut confortet pa-
cientem et per passiones que in ea operabantur tam contrarie nobis
moderarentur passiones quam suam manifestaret impassibilitatem.
Deinde sortem unam ait domino et aliam capro emissario. Ideo alio
in Christo sicut supra diximus divinitas quidem et maligno
sors aut hircus daretur non sortiretur eum domino. Sed ut ad ostium
tabernaculi testimonii deducitur nec preces super eum funduntur
nec peccatio loco asseretur. Caper quod eum fatimus ut prope quod
emissus est et non immolatus dicitur. Cunque aut dei gratia non
immolatur quia infirmatur deputatus est. Sicut aquila credit
Deus aut infirmatus est sive fortis. Audi Iob dicentem: Scio
quia potens es et nulla te latet cogitatio. Audi et David di-
centem: Firmamentum est dominus timentibus eum. Ergo una quidem
sors immolate carnis Christi, que enim unita sit ad aliud recte do-
minatur. Propter quod Paulus ait: Si enim cognovissent nunquam
dominum glorie crucifixissent. Infirmatur aut divinitas dicitur
sorti subicitur. Post ista in hac accipitur, hec enim omnia optime
tractat primum carnis passione recte confirmavit. Postea of-
fert Aaron caprum in quo venit ei sors domini et offeret eum
pro peccato. Intelligibilis enim Aaron hic est summus sacerdos noster
est. De quo Paulus dicit: Sicut Aaron sic et Christus non Hebreos v
semetipsum glorificavit ut sacerdos fieret. Hic suam carnem
offert patri et in ipsa offert pro peccato. De quo Paulus Hebreis
scripsit: Hic unam pro peccato offerens hostiam in perpetuum sedet in
dextera dei. Caprum vero super quem venit emissionis sors
statuet vivum ante dominum ut fundat preces super eo. Quid enim
sortem emissarii diximus figuraliter referri ad Christi divinitatem
statuet hanc vivam, impassibilem custodiens ut per eam
deprecetur. Nemo enim potest dimittere peccata nisi solus deus. Marci ii [illegible]
Dimittit aut eum in solitudinem, et sicut aiunt lxx: Portabit
hircus super se peccata eorum in terram solitariam sive in viam
desertam, terram et solitariam sive inviam. Nullatenus existima-
Nunc [illegible] in qualibet malo oportet accipi neque per hanc piorum
aures hii qui ad impietatem legem trahunt conturbent.
Desertam enim a maledicta et solitariam sive inviam que ab
intelligibilibus hostibus ambulari non potest in qua deus
habitat. Et apparet quod manifestat David dicens: Deus deus meus

ad te de luce vigilo Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi et
caro mea In deserto et invio et inaquoso sic in sancto apparui
tibi ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam Ergo desertum et in-
vium sanctum est et sanctum sanctorum habitaculum. ubi in celos divinitas tempore
passionis abisse dicitur Non de loco ad locum migrans sed co-
hibens [illegible] virtutem ex humanitate ut daret locum passioni
In loco autem digno plus nisi summus pontifex videbatur manens ad quem nullus
accedit nisi ipse et suus pontifex Et quia ipse in patre est et pater in eo sicut
scripsit evangelista dilectus litteris Ergo abire cohibere intellige
Sit enim deus abire qui ubique presens est tunc suam exhibet operationem
dicitur Portat enim iniquitates nostras, quia usus peccatum est semi-
consumere et divinitatis potius perimere unde et ignis consumens
deus dicitur Et offeret aaron vitulum pro peccato rogans pro se et
pro domo sua immolabit eum Assumptoque turibulo quod de prunis
altaris impleverit et hauriens manu compositum thymiama in
incensum ultra velum intrabit in sancta ut positis super ignem ar-
romatibus nebula eorum et vapor operiat oraculum quod est
super testimonium et non moriatur Quia vitulus frequenter accipi-
tur in multis pro salutem sacrificium salvatoris necessarie in eo multe
exquisite sunt in lege differentie Principaliter quo pro illud ipsi
Israel presignabat ab salvatore pro quo dicebat Non veni nisi ad oves Math. xv
que perierunt domus Israel. liberando Non solum autem Israel liberando
sed et gentium merat in sacrificio Christi correctio. hoc autem aperte
paulus exponens ad Ephesios scribebat. ut duos condat in Ephes. ii
semetipso in unum novum hominem faciens pacem et reconciliet
ambos ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias
in semetipso Et veniens evangelizavit pacem vobis qui
longe fuistis et pacem his qui prope Longe gentes appellat
quia longe ab omni divina scientia erant. Iuxta Israel quem
promisere prophete et lex scribebant De hinc sublimioribus paulus
dixit Quia perspicue scimus accessum utrique in uno spiritu
ad patrem Immolat igitur intelligibilis aaron vitulum idest propter
carnem tunc hostia quando mundaret plebis liberatione accepit
sacrificium vituli necessarie assumitur habebat enim ipse legalem
in sanctificatione maxime ut aperte predicaret Non veni solvere legem Math. v
sed adimplere Paulus autem et ipse dicebat Misit deus filium Galat. iiii
suum factum ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret hec autem vitulus hoc iugum mandatorum aperte
intelligitur rogans pro se idest propter humanitatem Hanc enim in
semetipso figuram gerebat et pro domo sua Ipse enim cum sub lege
conversabatur populum cum domus ipsius pro regimine fuit venit Luc. xxiiii
liberare prout quod cleophas dicebat Nos autem sperabamus quia
ipse esset redempturus Israel. immolabitque eum Ipse enim propriam
carnem immolat ipse sui sacrificium pontifex in syon factus est
quando sanguinis novi testamenti calicem Assumptoque turi-
bulo quod de prunis altaris impleverit turibulum linguam
divinam hic dicit In ipsa enim erat spiritus Sunt ergo plenum
turibulum carbonibus Quia sacrificio suo doctrinalia verba
que erant divina et celestia protinus addidit de quibus david
dicebat Carbones succensi sunt ab eo Hos Jesus in cena acta Joh. xiii
post quam iudas est egressus exposuit In quibus quoniam par est agri- Act. xviii
cola. ipse vitis apostoli vero palmites quoniam princeps mundi

indiceret. Altare exponit miracula que sunt carbones ignis utpote celestia scientia nos ad pietatem cum sint generaliter spiritualia. Si erat altare quod secundum lxx est ante dominum, hoc autem esse sedem cherubim in ipsis prohemiis libri huius ostendimus. Ubi enim carbones intelligibiles ignis constitutos esse Ezechiel propheta demonstrat

Ezechiel x — dum quippe spiritum ait qui erat indutus podere et accinctus habebat lumbos sermonem dicentem: Ingredere in medium rotarum subter cherubim et imple manus tuas de medio cherubin. Quia enim altare intelligibile in quo carbones ignis sunt, sedem cherubim oporteat intelligi,

Ysaye vj — audi Ysayam dicentem: Et venit ad me unus de seraphim et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari et tetigit os meum. Quod quidem in celo est altare aliud nisi cherubim sedes? Erit enim tamen pontifex qui et rex idem et sedem habet et altare. Hoc ergo Paulus Hebreis significans

Hebreos iiij — dicebat: Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum glorie eius. Hoc quod intelligibile dicebat altare quod manifestant que sequuntur. Ait enim: Ut accipiamus misericordiam et gratiam inveniamus in auxilio oportuno. Horum autem utrumque ab altari sine aliqua dubietate percipimus. Sed quid in hiis que sequuntur legislator subdidit: Et hauriens manu thymiama incensum ultra velum intrabit in sancta vel sicut lxx et implebit manus suas thymiate compositionis. Dicit autem orationem de qua dixit David: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Hec ergo quando secularia oramus crassa quodammodo et non subtilis est. Quando autem spiritualia petimus, id est scientiam divinam, regnum celorum et remissionem peccatorum, subtilis quedam est utpote spiritualis et intelligibilis, quam intelligibilis sacerdos pro nobis

...mo xvij — offeret. Manifestum autem ex eo quod principalis Christus orans sanctificavit eos et veritatem sensum libertatemque in mundo et alia talia deposcebat. Intrabit in sancta sive secundum lxx et offeret interiora velaminis carnis videlicet sue; offeret autem cum patri videlicet; quia hec quidem manifesta apparebant cum proferebat, ipse autem erat invisibilis. Ut posuit super ignem aromatibus nebula earum et vapor operiat oraculum quod est super testimonium et non moriatur. Dupliciter hic quod dixit intellige. Quia enim Aaron ipsius Christi figuram gessit propter sacerdotalem dignitatem, figuram etiam gessit corporis sacerdotium. Quippe imponunt quidem Christo sumus super ignem aromata, id est orationes super doctrinam, et operit vapor nebule earum, id est orationis utriusque oraculum quod est super testimonium, id est carnem suam ex qua propiciatio nobis conquisita est peccatorum, que in salutari est videlicet passione. Hoc autem esse testimonium Paulo supra ostendimus, et non moriebatur corruptionem videlicet morte, neque enim caro eius vidit corruptionem. Quia vapore aromatum virtute utriusque orationis illius operiebatur, qua David ait ex persona Christi patrem deprecantem: Quia non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ponit autem et unusquisque sacerdos de Christo loquens magnum aromata spiritualis doctrine orationem et orationis ritus operit oraculum quod est super testimonium. Et non permittit autem eum querere de passionibus dominice carnis ea que super

virtutem querentes sunt. Et non moueri eam que desinita e in inuestigationibus i[n] quistoribus qui ea querunt que hominibus non licet querere morte. Tollet quoque de sanguine vituli et asperget digito septies contra propiciatorium ad orientem. Sive ut lxx asperget digito suo super propiciatorium ad orientem ante faciem propiciatorii asperget septies digito suo. Sacrificium vero igitur esset inde eius carnis per virtutem aut corpus diuinitatis eius et plenitudinem biplantum presbiteris ad remissionem peccatorum nostrorum et exceptione simul tamen ad donum subministrationis spiritus pacis apte expressis ex hiis que inueniuntur legislatore manifesta. digitus enim significat virtutem diuinitatis. Vnde David dixit Quoniam uidebo celos opera digitorum tuorum lunam et stellas que tu fundasti. Vtrumque autem ad diuinitatis et recipimus virtute ipsorum sanguinis vituli super propiciatorium ad orientem apparuit. Ad propiciatione enim terram simulque in illuminatori passio salutaris facta est. Vnde ipsa passio dicitur propiciatorium sicut sequenter ostendimus. Dicitur autem et oriens. Ait enim de eo Zacharias propheta. Ecce vir oriens nomen eius et subter eo orietur. Ait autem et Zacharias sacerdos pater Iohannis. In quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare hiis qui in tenebris sedent et in umbra mortis. Sed et contra propiciatorium idem in conspectu pueris asperget inquit septies ut tam remissionem peccatorum quam spiritus sancti donum de diuino sanguine generis homini suscipet. Vtrumque enim septenarius numerus significat remissionem quia videlicet similiter vii dona spiritus. et eisdem numerus etiam peccatorum significat remissionem. Nam petro xpm interroganti. Si peccauerit in me frater meus quotiens dimittam ei usque septies. Xpus ait. Non dico septies sed usque septuagies septies. Multiplicans immensum numerum septenarium. Cumque mactauerit hircum pro peccato populi inferet sanguinem eius intra uelum sicut preceptum est de sanguine vituli ut aspergat e regione oraculi et expiet sanctuarium ab inmundiciis filiorum israel et a preuaricationibus eorum cunctisque peccatis. Admirandus est legislator sufficiens ad signandum mysterium vnum latens quod deprehendendum est in multis formis multipliciter prefiguratum necessarie duxerit. Quia enim xpus de iudeis secundum carnem qui sub iugo legis incubabat ortus est hecce vituli sacrificium nominatur. legali enim iugo et pertinet ad eum operacionem et iustitie vituli operatur iugo consuetus trahere atque ita terram operari. Quia autem secundum quod incarnatus erat de communi massa hominum factus est propterea hircus appellatur. agnum enim hoc animal pilorum indumentum gerit. Agnum autem utpote peccato refertum gentes vocandum genus. quia nichil est peccato agninus. Vnde hoc apprehensione apte legislator volens. cumque mactauerit inquit hircum pro peccato populi totum hic intelligens humanum genus quod quidem non pluribus vnius populus quam de nobis primicias Xpus suscepit. Vt demonstraret de iudeis quidem principaliter xpm per Abraham cognatione esse. sed tamen omnis humane nature que in peccato est primicias portat. propter quod et Adam appellatus est vitulum simul et hircum. lex ad significandum sacrificium illius assumpsit. Cum autem vnum sit sacrificium quia vitulus sine hircus nominetur offertur quod vnum vtrumque sit. Hec propter enim ex comparatione ad salutem necessarie communia sunt ea que in hirco agunt et vitulo. Ferimus enim quia ambo hircum occidens ad dominum vitulum pariterque et sanguinem inferentes introrsum velaminis id est ad patrem reversus. hunc enim interius intelligibilius velaminibus super bibes in deliceat dominum carnis intelliges utpote impletur

Zacharie vi

Luc. i

i. Mth xviii

i Cor. x

inferens sanguinem eius intra velum, sicut preceptum est de sanguine vi-
tuli. Et asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem vel
sicut lex supra propitiatorium ante faciem propitiatorii. Deinde quod se-
quitur: Et expiet sanctuarium ab inmundiciis filiorum israel et a preva-
ricationibus eorum cunctisque peccatis. Videtur quidem de tali oraculo
dicere. Dicit autem non de eo qui sensui subiacet. Quid enim expiatio-
nis seu propitiationis ligna egerent quid ve pelles vel reliqua ex
quibus tabernaculum videtur quod sensui subiacebat constructum erat.
Sed ex qualitatem sanctitatem dicit hominum presentem. Certum enim sunt
ab initio massa naturali ita ut dei habitaret in ea spiritus. Quod
demonstratur ex eo quod auferre illud irascens minatus est deus
quando hi qui ex Seth descendebant, cum essent iusti et filii dei appella-
rentur concupiscentes eas que ex Cayn posterisque eius persuasio-
ne genite fuerunt, que et filie hominum dicebantur, nimis carnales cum ma-
lis et iniquis effecti sunt. Dixit enim: Videntes filii dei fi-
Genes. vi lias hominum quod essent pulchre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas
elegerunt. Et dixit dominus deus: Non permanebit spiritus meus in
homine in eternum quia caro sunt. Ergo si habitabat spiritus dei in
hominibus antequam omnes secundum passiones carnis inciperent, sancta
erat certe hominum massa. Nam nec proximitas ex ea sanctos sibi
assumeret. Quia autem sordidata est expiavit eum ab inmundiciis
filiorum israel. Primum quidem sensibilibus ipsis cum lex data est quia
transgressi sunt reos illos maledicto et morti constituit ut propterea
necessitatem haberent expiationis. Ex post quidem principaliter
unigenitum immolatum sacrificium. Immolatum autem ex principibus
Jo. xi hominibus ita ut Cayphas diceret: Expedit ut unus homo
moriatur pro populo et non tota gens pereat. Quod quia dictum erat confir-
mans similiter et corrigens evangelista Johannes addidit: Hoc
autem a semetipso non dixit sed cum esset pontifex anni illius
prophetavit quia moriturus esset Jhesus pro gente et non solum
pro gente, sed ut filios dei qui dispersi erant in unum colligeret. Gen-
tes insuper de ipsis enim dominus dicebat: Et alias oves que
non sunt de hoc ovili et illas oportet me colligere. Apte autem filii
dei multo magis sunt israhelite quia israhel videns deum
interpretatur et secundum rationem sensibilem israhel Jhesus immolatus
idem sacrificium et pontifex humano generi ad expiationem inmun-
diciarum illorum obtulit quarum inmundiciarum inde a prevaricationibus
eorum inquit cunctisque peccatis. Anime quippe inmundicia non
mortui pollutio non portantur cibus, non quippiam aliud sunt
sed vere expressum est et peccare in deum vel mandata dei.
Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii quod fixum
est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Nullus sit
in tabernaculo quando pontifex ingreditur in sanctuarium ut roget
pro se et pro domo sua et pro universo cetu israel. Quod lex superius
appellavit sancta esse nunc tabernaculum testimonii appellat
quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum
sive secundum lxx edificatum inter eos in medio inmundiciarum eorum.
Eadem quippe ratione et sancta esse et testimonii appellari

tabernaculum massa nostra potest. Si enim tabernaculum testimonii
caelo dignum recte sic nominatur caelestis noster homo de quo ait Paulus: Sicut I Cor. xv
portavimus imaginem terreni portemus et imaginem caelestis. Scimus quia si
terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur habemus aedificationem ex
quae ex deo est domum non manufactam aeternam in caelis. Recte ergo secundum
nominatur qui aedificatus est in nubibus. Primum enim formavit deus de
de pulvere terrae hominem et tunc insufflavit in faciem eius spiraculum vitae Gen. ii
Hic ergo est noster homo caelestis qui in medio immunditiarum nostrarum est qui
cum passionibus carnis oppugnatur secundum quod et Paulus dixit: Rom. vii
Video enim aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
meae et captivum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis.
Propter quod nimis lex caste [illegible] subdidit: Nullus homo sit
in tabernaculo testimonii quando pontifex ingreditur ut roget pro se
et pro domo sua et pro universo coetu Israel. Quando enim Christus ingrederetur
mysterium id est quando incarnabatur caelestem hominem atque carnalis primi-
tias sumebat nemo erat intelligibili tabernaculo testimonii. nec gen-
tilis nec christianus nec levita nec sacerdos. Omnia enim declinaverunt
simul inutiles facti sunt. Nemo caelestem conversationem tunc sequebatur
nec dignus caelesti homini sapientiam. usque dum in statu ipse carnis roga-
ret per crucem. et egressus est ex ea lege communis mortis emittens
spiritum et carnem quidem relinquens in sepulcro quam eius evidenter
exitus nominatur. Sed non generaliter omnium hominum possunt hoc quod
nunc est expositum suscipere. Nullus homo sit inquit in taberna-
culo quando pontifex ingreditur in sanctuarium ut roget atque in sa-
crificio quod est secundum litteram solus praesens erat pro pluribus iudeorum. Non
autem omnis homo de tabernaculo secundum tempus sacrificii quod nunc dicitur
est excludetur. Sed significat omnem hominum genus terrena tunc
sapere et in peccatis esse. At vero intelligibili tabernaculo testi-
monii recte non inveni. Cum autem exierit ad altare quod co-
ram domino est oret pro se et sumptum sanguinem vituli atque hirci fun-
dat super cornua eius per gyrum aspergatque digito septies expiet
et sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel. Quia quae vituli et
hirci esset hostia satis in his quae dicta sunt explanatum est. Simul
enim in unum sumens sanguinem utrumque illud continuo de mysteriis
super cornua altaris ponit seu fundit. Sed quid agit quod utriusque
mysterii ordo exigit et consequentiae multa signa quae cum omni sub-
tilitate legislator scripsit. Post enim nostrum egressum ad altare quod
est coram domino dicit hoc enim quod est thymiamatis. quod esse
sedem cherubim credimus cum carne ascendens et nostram in eo
captivitatem sublevavit. Simul nos suscitavit id est sedere fecit
in dextera in caelestibus. Et sumptum sanguinem fundat super cornua
eius per gyrum aspergensque digito septies expiet et sanctificet illud
ab immunditiis filiorum Israel. Quia propter passionem non solum cor-
nua eius qui est in caelo altaris, virtutes scilicet supernas et
spirituales. Sapientiam. fortitudinem, iustitiam, castitatem sanctificavit.
Hunc cornua cherubim recte sunt, siquidem enim currus caeleste hoc
animal in personis quae habet hominis et leonis et vituli et aqui-
le gerit, Sapientiae quidem in persona hominis, fortitudinis autem
in persona leonis, iustitiae in persona vituli, castitatis in persona
aquilae. De quibus plenius in propheta Ezechiele interpretatione
cum exposuimus. Expiet et sanctificet illud ab immunditiis filiorum

Ebre. ix — israel christi enim sacrificio expiantur et celestia ut paulus dicit Ne
cesse. Differentiam legalium sacrificiorum et unigeniti ostensionis volens
Necesse est ergo exemplaria celestium his mundari. ipsa autem celestia
melioribus hostiis quam istis. Et tunc gratiam integram expiationem apud
habebant celestia legislator ostendit dicens Expiet et sanctificet illud
ab immundiciis filiorum israel. Nimirum quidem ad celorum virtutes non
necesse erat quelibet expiatio qua in sanctificatione continua consistunt
Sed quia frequenter ad celos iniquitum peccatorum ascendit fumus de quo
Jone i — dixit david Ascendit fumus in ira eius et ignis a facie eius exarde
sit. Ita ut deus ad ionam diceret Vade ad Niniven civitatem magnam
et predica in ea predicationem quam ego loquar ad te. quia malicia eorum
Gen. xviii — ascendit coram me. Et rursus ad abraham de sodomis. Descen
dam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint
Non ut auferat ex eis turpitudinem abhominabilem odorem et glorificat
ionem falsam quam contra eos deposuimus. Propterea non simpliciter
asperget sed septies. ut intelligas quia venia malorum peccatorum. Simpliciter
enim septenarius numerus signat loca celestia mundantur. Hanc
odore et gloriatione quam deposuimus abhominabili
immundicia a nobis contra ea que sunt in celestibus exorta est.
Postquam emundavit sanctuarium et tabernaculum et altare vel sicut
lxx et desinet exorans sanctum et tabernaculum testimonii et altare
et pro sacerdotibus purgabit. Secundum quorum communione recte lex propter me
mbratam sacerdotum fecit. ut manibus signa sacrificii unigeniti sal
narentur. Una enim a christo sacerdotum chorus apostolorum sortitus
est qui et pars existit humani generis pro quo dominus semetipsum obtulit
Sed tamen speciale quemadmodum unigeniti et proprium sacrificium
deum appellavit. Quod demonstrat dominus ad patrem dicens. pro eis
Joh. xvii — ego sanctifico meipsum ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Et rursus
Joh. xv — ad eos Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis. Sic sanctificatio que ego
propter vobis Respice autem et legalis figure ordinem quo ad sanctum
reducat veritatem secundum lxx enim ait Desinet exorans sanctum et
tabernaculum testimonii et altare idest desinet et terminabit deprecationem que facta est per carnem pro omni genere hominum et ea que sunt
intelligibilia sunt. Postquam assumptus fuerit in celo et sedit in
i quin — dextera patris eius Propter sacerdotalibus non expiat mittit enim eis eum
Actuum i — dationem per intelligibilem ignem et per linguas igneas spiritus propter
quod eis dicebat Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos
dies. Tunc offeret hyrcum viventem et posita utraque manu super
caput eius confitebitur omnes iniquitates filiorum israel et universa de
licta atque peccatorum. Que imprecans capiti eius et mittet illud per hominem
paratum in desertum. Cumque portaverit hyrcus omnes in
iquitates eorum in terram solitariam et dimissus fuerit in deserto
Eiusdem etiam nunc iterare propter eos qui in luce offendunt apud
habemus Probatum enim quia nullus in quo vel maligno. Sed ipse
deo offerunt etiam ea que nunc in hoc hyrco vivo sanctitunt
Primum quidem quia utramque manum capiti hyrci sacerdos im
ponit. Manuum enim impositione in sacrificiis ministrabit benedictionem
aut peccatorum remissionem aut sancti spiritus ad veritatem aut expiacionem
nes intelligibiles. Quoniam et in hyrco in quo sortis immunitas et eius
quam contra dominum militavit. sicut aiunt hii qui illius partis sunt
hec que dicta sunt precedens acturus erat vel quoniam in ipso

filiorum israel iniquitates et iniusticias et peccata redemit. Confiteri quippe
inimicus peccata non sinit, sed ipsimet suggerit ut occultemus anime vul-
nera, ut sic inveniamus medicum qui medicamenta possit imponere
salutemque prestare. Propterea mox ut increpatus est david a nathan ij Regum xij
peccatum suum exclamavit, et illico propheta subdidit: et dominus transtulit
peccatum tuum, non morieris. Deinde quia blasphemare fecisti inimi-
cos domini. Illum per hominem paratum emitti legislator hircum in solitu-
dinem dixit. Preparatum autem idem attendentes sine ademite. Et nec dig-
nitatem hircus distribuitur levita an sacerdos aut quispiam de populo
esset qui hoc ageret. Ergo tamen omnibus xpum presentem esse significat
hircus. Quemadmodum enim per carnem in primo immolabatur, sic nunc vivens
per divinitatem dicitur. Quia vivus et impassibilis et passibilis est,
necessarie et iniecit manus sacerdos imponit, ut manus impositione
ostenderetur quia vivens verbum dei impassibile in mortale hoc pro nobis carne
sufficiens sacrificium suscepit. Recte ergo in ipso iniquitates et iniusticias
et peccata sacerdos pronunciavit. Hic est de quo ysaias propheta dicebat: Ysaye liij
Domine quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui revelatum
est? Brachium domini filium appellans patri consubstantialem. Deinde et
ea que sequuntur subdidit: languores nostros ipse tulit et dolores nos-
tros ipse. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est
propter scelera nostra; disciplina pacis nostre super eum, et livore eius sa-
nati sumus. Sic apostolus super se peccata nostra et iniusticias et iniquitates
portavit. Et propterea sicut lex ait: Imponet eas super caput hirci vi-
ventis. In hirco enim figura est quod et ex spinis coronam imponi capiti suo Gen iij
xpus permisit. Spina in scripturis peccata solent accipi, propter quod et adam
spinas germinare terram percepit. Siquidem et ipse in maledictionem
peccata germinat. Et salomon ait: Spine nascuntur in manu Proverbiorum xxvi
temulenti, spinis plenas esse actiones eius significans. Sic ergo lege
accipiens illa non ignoscibus intentionem elicis atque virtute. Et
inveniemus paratum hominem per cuius manum hircus vivens in he-
remum mittitur. Xpus enim ipse omnia sibi sacrificium factus est et sacer-
dos et sacrificium et victimam et altare. Ipse est et paratus homo Ysaye l
paratus pro nobis ad passionem, ita ut ipse per ysaiam dicat: Ego
non contradicam, retrorsum non abii; corpus meum dedi
percucientibus et genas meas vellentibus, faciem meam non averti
ab increpantibus et conspuentibus in me. Ad quod et david dicit pre-
figurationis eius in ... significans per quod nunc regnum adeptus
est: Dominus regnavit, decorem induit, induit dominus fortitudinem
et precinxit se. Etenim firmavit orbem qui non commovebitur. Para-
ta sedes tua ex tunc. Xpus ergo intelligibilis aaron semetipsum ceu
hircum per hedum vivum immolans, ipse per hominem paratum suorum ma-
num hominis parati, id est propriorum virtute. Ipse enim cum sit et homo
paratus, ipsius est et emittit hircum viventem in solitudinem,
sive in terram inviam et desertam, vivam suam et immortalem et impassibilem
divinitatem ad inmanabiles loca et ab omni malicia deserta. Secundum
quod iohannes ait: Videns ihesus quia omnia dedit ei pater in manus Johannis xiij
et quia a deo exiit et ad deum vadit. Expiabit enim sacerdos qui
unctus fuerit et cuius replete manus ut sacerdocio fungatur pro patre
suo. Primo ut lex demonstrabit inquit sacerdos quicumque unxerit,
et quicumque consummatus fuerit manus suas consecrare ad precium,
sunt ut xpum sine aliqua dubitatione ostenderet. Unus enim xpus
pulchre secundum carnem in eorum sacerdotem principes habebat filium
eius et ipse abraham fuit, et xpus fuit ostendit lex dicens

iudeorum sacerdotes non poterant. Sicut autem paulus docet dicens presbiteros sacer-
Hebr. 7 x — Impossibile enim erat sanguine taurorum et hircorum auferre peccata. Recte ipse christus
in sacerdotem unctus et manus pecuniarum consummans expiat nos. De quo
malo loco recte lex dicit. Sacerdos qui unxerit et consummaverit manus
sacerdotum ministrare post patrem suum. Primum autem eum ipsius pater unxit. De quo
et ait david: Propterea unxit te deus deus tuus; unxit autem dicens: Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Et per eum abrahamibus qui — propterea
ministravit passionis et celestis virtutis est fructus, enim sacrificium et agni et
monstrationis et publicacionem figure cum confessione. Semel inquit in anno
fiet hoc quod semel factum est … sacrificii ostendens incipiens in quo
dictum est Christus semel oblatus ad multorum exhaurienda peccata secundo
sine peccato apparebit expectantibus se in salutem per fidem. Cumque qui
legem meditatur conferat inveniet hinc evangelium multumque verax.
Iohannis v — quod christus idem veritatis iudeis locutus est. Si crederetis moysi crederetis
utique et mihi de me enim ille scripsit. Quid autem aut ubi non addidit dicta — credentis
quecumque mystica quecumque alta quecumque divina sunt hec de christo a moyse
sub umbra et figura et imaginibus dicebantur. Et locutus est dominus
ad moysen dicens Loquere ad aaron et filios eius et cunctos filios
israel et dices ad eos Iste est sermo quem mandavit dominus dicens homo
quilibet de domo israel si occiderit bovem sive ovem aut capram in castris vel ex-
tra et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino sanguinis reus
erit peribit de medio populi sui. Ideo offerre debent sacerdoti filii israel ho-
quas — stias suas occidunt in agro ut sanctificentur domino ante ostium taber-
naculi testimonii et immolent eas hostias pacificas domino. Fun-
detque sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testi-
monii et adolebit adipem in odorem suavitatis domino. Et nequaquam
ultra immolabunt hostias suas demonibus cum quibus fornicati
sunt legittimum sempiternum erit illis et posteris eorum. Nulla pa-
rum legislatoris figuris pertinebat, sed et quod de eis cogitabat
magis ipse prefigurat … veritatem quia postea tribubus suis
dispensata illas cessare voluit. Apte quoque sanctio demonstrat que
non simpliciter ad moysen sed ad aaron et filios eius et ad omnes
filios israel precepit. Aperte manifestans quia hec legis precepta
non magnum ne perseverent quempiam non mysterium convenire
vult quod expedit eis scire, id est quia temporalis est littere lex ut tempore
expleto non iam circa ipsum sensum et supplicia … oportere
perimus. Huius autem est temporis finis omnino dati loci ipsius per deum in quo — Finis legis omnino dati loci proprio
sacrificia offerri precepit comminando pericula illum qui … cust-
sive foris extra castra tabernaculum testimonii sacrificium dei … explente
interitu de populo. Quando tabernaculum testimonii et templum est
ad eius imaginem factum est dissolutum sicut cognoscitur quia
finem habent omnia que ibi fieri lex precepit, etiam illa deo non placere
itaque cum disparuisset locum in quo … omnimodo secundum legem — Legis cerimonialia temporalia sunt moralia vero eterna
debuisset. Quod dictis etiam scias: iustas enim actiones id est non
occidere non adulterari, non furari, non falsum testimonium dicere
patrem et matrem honorare, diligere proximos, servos liberos facere
ieiunare frequenter vel orare, non circumscribit loco quia semper
sunt utilia. Et cum evangelica quoque communia. Hec autem que
secundum semetipsa sunt superflua sed causa eorum … sunt ex …
ista circa concludit loco, ut cognoscas quia temporalia sunt. Via
enim que loco finiunt, finiuntur etiam ordinata sunt tempori deputata

sunt quo loco sacrificia emundationis mortuorum et seminis fluxum pati-
entium et leprosorum et menstruatarum. Quia et hec pro sacrificia effectum ha-
bent. Similiter azyma et fermentatum pascha scenophegia penthecosten
necnon neomenie et sabbata. Oportebat enim omnino sacrificia eorum
mistis afferri. Quia autem hec mysteriorum aduocationem impendere figuras
habebant in superioribus sufficienter ostendimus. Parvulus autem qui erat
populus qui legem accipiebat et ad ea que sunt imperfecta inhians.
Quia ad hereticorum erat ritibus et compassionibus locis statim parvulorum in
quibusdam locis delectatus invenit modum legislator per que etiam
ex necessitate illos removeat a figuris quando causam correctionis tempus
fuit. Loco concludens eas que destructurus erat et proiciens extra lo-
cum hunc in quorum que dicta sunt fieri. Secundum qui temptaret esse
per sanguinem effundentem. Ergo quicumque et unum figuras pagere destru-
ctibus vanant loci, sanguinem effundunt, idest communem quaestionem polluunt
in communi peccatum. Sicut et hii qui sanguinem fundunt simul et sanguinem
nemo eius qui ab eis interfectum mittitur fundunt. Participes enim eius causa
efficiuntur. Quia autem possibile fuit illos introgare aut cogitare; et eius
rei gratia hec sanctuaria sancta sunt que localia sunt et ad tempus divinorum
quia causam figurarum apte cognoscere non poterant neque capiebant
consulare discere. quia aliorum habent imagines ea que sciebant
Quamobrem causam illis aliam veram etiam ipsam legislator scripsit
qui ait: Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas demo-
nibus cum quibus fornicati sunt; sive ut lxx et non immolabunt alti-
sacrificia sua supernatus. Cum libris adeo preceptum fuisset: Non fa- Exodi xx
cietis vobis idolum neque omnem similitudinem eorum que in celo sunt sur-
sum et in terra deorsum et que sunt in aquis subtus terram. Vitulum Exodi xx
fecerunt conflatilem et vitule sacrificiorum obtulerunt. Causa
castrimargie sumere sacrificia volentes pedagogus eorum lex domino
eos offerre sacrificia precepit. ut in hoc occupati ab omni idolatrie sacri-
ficio semetipsos abstineant et hec faciant que lex eos prohibens ab ido-
lorum sacrificiis, simul docet etiam sequendo in sterniorum futurorum
potuissent. Bene autem sine idolis fornicationem appellant aperte
nos docens quia animas nostras deus sibi ad salutem desponsavit. Et
idolorum fornicatio secundum ab illo discessio. Insuper terret eos qui in carne
fornicantur et docet quale est fornicationis spiritum ut idolorum cultum for-
nicatione et addomones confugium fornicationem nominaret. Et
ad ipsos dices: Homo de filiis Israel et de advenis qui peregrinantur
apud vos qui obtulerint holocaustum sive victimam et ad ostium
tabernaculi testimonii non adduxerit eam ut offeratur domino interi-
bit de populo suo. Et per eadem dicens legislator instruit unum tantum po-
pulum. Etenim ab eo lex imponitur cunctum reddit. Eadem quippe fre-
quenter dicens audit hoc mandatum necessarium esse inmutabi-
le. Verumtamen hec frustra ad ipsum iniustus dicit secundum suspicandum
accidentem solummodo ut aliquid faceret sacrificium non tamen omnino et
reliqua sacrificium facientem pene subiceat dicit enim Qui acciderit
bovem aut ovem sive in castris vel extra castra et non obtulerit ad
ostium tabernaculi oblationem domino ibi prohibitus intelligitur ab eo ad
ostium tabernaculi quod temptant hoc autem non ita. Sed qui obtulit
holocaustum sive victimam ad ostium tabernaculi testimonii non
adduxerit eam ut offeratur domino. Consummatum sive perfectum
sacrificium dicens intantum ut holocaustum fieret. Eandem tamen
et in hoc penam precepit. Qui enim interficit hoc adtrectandi
et prohibitus est nichil differet ab eo qui compleverit secundum et utrumque
pena percussit de populo est ita ut non possit ulterius hic in populo deferre
neque de eius gloriam neque deserere abraham semetipsum
ortiare aut israhelita dici. Sed aut proprium habentes et alie-
nigenas confirmat. Hoc est disperdi quempiam de populo suo;

Ergo quicumque etiam inter legis mandata seu terminos transgrediuntur extra tem-
plum agentes, quecumque destructo templo lex agi non valet, iam non Is-
rahelite nec Iudeorum appellatione iuste sibi usurpant. Sed etiam illud
pre omnibus notare oportet quod non solum eos qui ex filiis Israel per
hoc preceptum custodire, sed et ipsis et proselitos sive advenas qui pere-
grinantur inter eos (ł gentiles) hiis enim non eis tamen modo sunt. Sed apud
eos sunt. Quia apud eos quidem sumus utpote legem eorum et prophe-
tas et promissam eis hereditatem habentes, adheremus autem non ipsis
sed deo. Preterea secundum lex homo homo dixit cum liceret simpliciter
dicere hominem, duplicat tantum ut ostendat tamen eum qui merito
cognatione quidem qui in principio quilibet de domo Israel adheret deo hic debere
custodire mandatum. Homo quilibet de domo Israel et de advenis
qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam con-
tra animam illius et disperdam eam de populo suo. Quia anima car-
nis in sanguine est, et ego dedi illum vobis ut super altare meo expietis
pro animabus vestris et sanguis pro anime piaculo sit. Idcirco dixi filiis
Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem nec ex advenis qui
peregrinantur inter vos. Lex etiam hic addit homo homo, quod quomodo
oporteat intelligi superius diximus. Ergo oportet mandati huius etiam
litteram custodire et nullatenus comedere sanguinem. Hoc enim et apostolos
invenimus precepisse, quando de quibusdam iudaicis observationibus con-
tentione in Antiochena ecclesia facta ad eos relata est questio qui legem
posuerunt solventes questionem hanc et diffinientes: Visum est Spiri-
tui sancto et nobis nichil amplius imponere vobis oneris quam hec
necessario ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum et sanguine
et suffocato et fornicatione. Preter sanguinem quidem spiritualiter homicidium
anime aut sanguinem, cum fratrum odium intelligimus. Quia
qui odit fratrem suum homicida est, sicut Iohannes scripsit. Primum ergo omnem
sanguinem iniusticiam dolosorum. Virum enim sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus. Et quecumque peccatorum inveniunt inter perfidias
quaslibet ita ut homicidio sanguinis comparantur. Et propterea ab
omni sanguine abstinere oportet, scientes quia super animam que ta-
lem sanguinem comedunt. De quibus David dicebat: Qui de-
vorant plebem meam sicut escam panis. Qui de-
derit maledicat xpm, ipse enim magis proprium affectum suum abstinat
videt et premit. Ipse etiam iudex est et necessarie ad comminandum, quia qui videt Ideo
qui malorum sunt operatores disperdendas primum. Quod demon-
strat David dicens: Vultus autem domini super facientes mala, ut per-
dat de terra memoriam eorum. Hic animam sanguinem comedentem
perdit de populo eius de terminum videlicet hominum gentem. Hanc enim
sicut in crudelitatem et impiam separans eum,
tradit demonibus et in ignem mittit eternum, intelligimus eundem
et angelis eius. Deinde imprimans quantum qui paratus est dyabolo
et misericordes esse invicem diligentes debemus compati
pietatem in nobis ostendit ut ipse eum qui tantum
bonum meum. Et pro animabus sui sanguinis effusione fundit ad propicia-
tionem. Quia anima carnis in sanguine est, et ego dedi illum vobis ut super altare meo
expietis pro animabus vestris. Misterium xpi sanguinis significans
sanguis enim ipsius pro anime piaculo sit,
ad expiationem animarum nostrarum per una expiavit. Sanguinem super altare
effudit pro nobis crucifixus et expiatione sua. Hic est vere qui
humanitatis prestitit primicias offerens ipse se in propiciationem generi
nostro pro anime piaculo sit, anima enim eius recte dicit. Et sanguis
eius consecrata. Deinde quia nostre carnis consubstantialem quidem que ab
incarnatione accepit, ut ipse pro nobis redderet animam suam usque ad
mortem. Quia autem dicit: Anima omnis carnis in sanguine eius est,
nullatenus per animam sanguinem intelligamus. Propter proprietatem

ł dest
Actuum xv
Exod. xx
Exod. xx
Iohannis iii
Ioh. xiiii
Numeri xxx

cum carne per sanguinem habet. Et quando hec creaturarum fuerint aut sequestren-
tur a carne dissipentur. Sic creatore naturam nostram disponente. Quia ergo
Christus sanguinem suum ad expiationem animarum nostrarum dedit ab omni nos
homicidio omnique alia iniquitate que homicidio proxima est abstinemus.
Communis enim lex est et cunctis animabus extenditur. Homo quicumque de filiis / si venatione
Israel et de advenis qui peregrinantur apud vos [illegible] atque aucupio ce-
perit feram aut avem quibus vesci licitum est fundat sanguinem eius et
operiat illud terra. Anima enim omnis carnis in sanguine est. Unde dixi
filiis Israel sanguinem universe carnis non comedetis quia anima carnis
in sanguine est. Et quicumque comederit illud interibit. Multum cura est Deo
ut alterutrum nobis minime noceamus. Propterea precipit maxil- Math. v
lam cedi. et non cum eo iudicio contendere; Similiter et de eo qui au-
ferret nobis pallium Ihesus precepit. ut neque inde ex contentione ad ira-
cundiam proximum provocemus. Sed nimio ut eum qui iniuste contra nos
agit per iram pariter corrigamus. Nichil enim amplius quam iniustitia
et avaritia et alterum adversum coartat, vitam nostram. Ad hec intendens
legislator sanctus mandatum non semel recapitulavit. Sed quia qui-
dam quidem fraudibus quibusdam et machinationibus variisque dolis no-
cere popularibus quasi venantes solent proximos ceteros huiusmodi
molimina prospexit. Non enim inde quod incipiat. Si venatione
atque aucupio ceperit feram vel avem quibus vesci licitum est fun-
dat sanguinem eius et operiat illud terra. Quod venatio maxime
iniustitia. In iniustitiam autem non qualibet sed eam que ad sangui-
nem tendit, iniuriamque ipsam quodammodo per dolum fraudemque iniustitiam
patientis nocet. ad hunc ita scriptura atque solet audi David dicentem:
Captabant in animam iusti et sanguinem innocentem condempnabant. Et
rursus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Si
quis ergo venationi ceperit, id est peccantem viderit eum qui vena-
tioni ex infirmitate vel ex simplicitate expositus est. Sunt enim diver-
se rerum que capiuntur. Posterius dicit: feram aut avem quibus
vesci licitum est. Per feram de vulgo quempiam carnalem tamen et pa-
tientibus [illegible] significans ex partem commixtione carnalis
Per avem autem eum qui altius semetipsum removet rebus; huius-
modi enim homines violentis et avaris in causis secularibus con-
sumuntur. Illa inde hec nostra maligna comestio de qua
Paulus prohibebat dicens: Si autem ad invicem comeditis, videte ne
ab invicem consumamini. Aut ut qui prius erant iusti. Infra qui-
bus vesci licitum est. idem in parvula recte nominant. Sanctus sic eos
peccantes velut infirmos iacentes et prima sepulti effundit quidem
sanguinem id est peccatum quod peccavit. Effundit autem illud ad orationem
accedens et confessionem. Quemadmodum ait et David: Effundam in con-
spectu eius orationem meam. Operiat illud terra. Peccatum enim conspectum
terra operit ut potest in [illegible] remanentia et prima mortificata et pro-
hibitus. Clamor ad celos ascendit quemadmodum Sodomorum ascen-
debat. Alii enim volebant proximum agere, ita ut Deus de ipsis ab-
Abraham diceret: Descendam et videbo utrum clamorem qui venit
ad me opere compleverint an non, ita ut sciam. Sed et Iob sive a dia- Gen. xviii
bolo sibi illatas sive ab hiis qui exprobrando ei ingerebant ini-
quitates non latere Deum, id est non desperi ab eo orans clamabat: Ter-
ra ne abscondas sanguinem meum neque inveniat locum in te laten- Job xvi
di clamor meus, id est non cohibeatur loco, sed ad eum ascendat.
Propter quod addit: Ecce enim in celo testis meus, et conscius meus
in excelsis. Secundum hanc ergo intentionem legislator ea que dicta [illegible]

sunt ponens addidit. Anima enim omnis carnis in sanguine est. Et
inde adiecit. Unde dixi filiis Israel, id est dico: De sanguine universe car-
nis non comedetis quia anima carnis in sanguine est. Contestans
ab omni iniquitate abstineri, contestamur autem non exponere ea que contra
voluntatem commissa sunt fratrum peccata, sed tradere eis qui captus est
id est in suis sanguinem corripientes illud venia et compassione. San-
guinem enim comedens et clamat qui diffamat proximi peccatum recte
perimitur; quia anime mors peccatum est. Illis qui volunt filii Israel
appellari, filii quoque dei primogeniti vocari, et que sub misericordia pe-
nitus effugere ait enim: Si quicumque comederit illud interibit. Et
neque sacerdotium neque fides, neque sanctificatio neque alia aliqua
virtus aut dignitas patrocinium prebere tali potest. Omnibus
enim sanguinem comedentibus interitum est minatus. Anima
que comedit morticinum aut captum a bestia tam de indigenis
quam de advenis lavabit vestes suas et semetipsam aqua, et con-
taminatus erit usque ad vesperum. Et hoc ordine mundus fiet. Quod
si non laverit vestimenta sua nec corpus portabit iniquitatem
suam. Morticinum esse peccatorem videtur qui crudelem per-
sistit mortem. A bestiis autem captum non tantum simpli-
citer sed mala peccatorem intantum ut malignum meo aperientur
demones. Sicut fuit Iudas, qui diabolo ingrediente
suo Christum tradidit. Olim dixim ei pollucionem sanctificata legis
latorem exponeret, sed et illic quidem qui tetigit morticina
aut a bestiis capta, id est qui communicant sive particeps fuit ei
illis qui predicti sunt dicit. Hic autem ei qui comedit videlicet
qui totum illud peccatum suum fecit suam propter intencionem [marginal: l. malignam]
explevit ex malo quod ille assumpsit. Sicut fuerunt Annas
et Cayphas qui non simpliciter inde participes sunt pro diabo-
lum esurientes vel desiderantes mortem domini ad pascendam inten-
cionem suam et ad satisfaciendum desiderio per Iudam
prevaluerunt, huiusmodi comedere morticina et a bestiis capta
dicuntur qui necesse habent lavare vestimenta sua et corpus. La-
vat autem vestem suam et corpus qui mundat semetipsum totum
id est interiorem exteriorem ipsum hominem quia sunt vestimenta corporis
est sicut interiora exteriorem hominem homo interior. Quoniam autem
lavat aut per baptismum aut per abundanciam lacrimarum intra-
cum aquas baptismatis. Ruina autem hoc non facit portabit ini-
quitate sua malicie retribucionem in iusticie. Sic enim divine
Ezechiel [margin: Ezechielis viii] ultionis exactor dominus induxit dicens: Non parcet oculus meus
super te, et non miserebitur. Sed vias tuas ponam super te et a-
bhominaciones tuas in medio tui erunt. Sed et Ysaias per et
ipse dixit: Loquimini sacerdotes ad cor Ierusalem et advocate eam
quoniam completa est malicia eius, dimissa iniquitas illius,
suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Et
dixit dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel et dices ad eos: Ego
dominus deus vester. Iuxta consuetudinem terre Egypti in qua habi-
tatis non facietis, iuxta morem regionis Chanaan ad quam
ego introducturus sum vos non agetis ne in legittimis eorum
ambulabitis. Facietis iudicia mea et precepta mea servabitis
et ambulabitis in eis. Ego dominus deus vester. Custodite
leges meas atque iudicia, que faciens homo vivet in eis.
Quo multa illis et differenter faciunt, ut in multitudine eorum

quo sanctificat desierunt hys qui legem accipiebant intencione simpliciter et non
implicita desicientem ascendit ita ut sciens quid sit conferendum et ad quem finem
tendat legis intellectus per multiplicitatem non deficiat sicut hys qui mare navi-
gant quando ad finem navigii et ad finem cursus et portum oculos extendunt
facile longitudinem pelagi et sine defectu percurrunt Recipiens ergo ea que michi di-
cta sunt Ego sum dominus deus vester inquit ut creatorem et dominum diligentes eum
qui mandavit summo studio ea que precepta sunt ab eo custodiamus Sic gra-
tiarum accionis tociusque intencionem explanavit Que est autem hec ut ab omni iniqui-
tate abstineamus: sed que iniusta sunt agamus iuxta consuetudinem terre
egipti et iuxta morem terre chanaan. nil facere sed ab omni iniquitate absti-
nere precepit Lxx autem pro consuetudine studia interpretati sunt quia malignas
adinvenciones et fabulas solet divina scriptura appellare malorum studia ut
Ezech. viij potest Ezechiel dicente post iniquitates quas deus in templo seniores israhel
agere ostendit Et dixit dominus ad me Vides fili hominis et ceteris sicut cum illis
in delubris studia mala horum Non solum ergo a fornicacione et avaricia et
a supplicibus sed et a divinacionibus et auguriorum abusionibus et beneficiis precepit
abstinere. sed et a magis et similibus aliis ita ut moyses inderit(?) dicit. xviij
dicit Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dedit tibi cave ne
imitari velis abhominaciones illarum gencium nec inveniatur in te qui sortilegia
et observet sompnia atque auguria ne sit maleficus. nec incantator nec phi-
tones consulat. nec divinos et querat a mortuis veritatem Omnia enim
hec abhominatur dominus Omnis qui hec facit pro abhominacionibus enim his dominus
disperdit eos ex te Abhis ergo abstinere primum oportet et sicut nobis deus dicat
Facietis iudicia mea et precepta mea servabitis et ambulabitis in eis
Jude monumenta et consilium in eis et nullo tempore vacetis ab eorum corre-
ctione Deinde rursus subdidit Ego dominus deus vester Custodite leges meas
atque iudicia que faciens homo vivet in eis. Abstinentes nos primum ab ha-
bitacionibus que dicte sunt. quia non est participacio iusticie cum ij Cor. vj
iniquitate neque luminis atque ad tenebras neque placet ei ut qui gentile
quodlibet malum obstinacione et studet glorificari de legis dei scientia
debeat Hinc demum iudicia dei iteravit et precepta Iudicant sunt in
dicta et qualia precepta que faciens utique homo vivet in eis ut cog-
stas quia non deo donas obediens legi eius implens eius iudicia et pre- in eis viu...
cepta sed tibimet ipsi tuam utilitatem procuras Si queris per totamque vitutibus o...
dictum est cur in unoquoque loco legis hys dixit ficiu iudicia sua et precepta dans, p...
sua custodiri vel cur hys dicat, ego dominus deus. putas hic eadem ubique etiam vita
similiter Breuis est enim omnis quando divina scriptura maxime tam hic
legislator, sicut qui multa dicturus cum sint de brevitate Bellicatus unde et ...
ergo quia duo sunt testamenta vetus et novum novum secundum testamentum quod per iheremiam
dedi patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum ut educerem dixit, de...
illos de terra egipti Recte secundum iudicium propter ne memoriam vobis testa...
facit. ut et cum illa ostenderet que erat postea salvatura de quibus tu novum
nunc addit Que faciens homo vivet in eis Superius enim via vita
credentibus in christum prestatur de qua in evangelio dominus dicit Hec est Joh. v
voluntas patris mei ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat
vitam eternam Valde quoque racionabiliter post dicit Ego dominus deus vester
contestans quia ipse dominus et pater iudicia prius precepta et postmodum
sanccivit. que qui fecerit vivet in eis Nam postulus iudicis et prece-
ptis inde quid addidit Ego dominus Omnis homo qui ad proximam san-
guinis sui non accedet ut revelet turpitudinem eius ego dominus Tur-
pitudinem patris tui et turpitudinem matris tue non discooperies Mater
tua est non revelabis turpitudinem eius Turpitudinem uxoris patris enim
tui non discooperies. turpitudo patris tui est turpitudinem sororis tue
ex patre sive ex matre que domi vel foris genita est non revelabis
turpitudinem filie filii tui vel neptis ex filia non reve-
labis quia turpitudo tua est Turpitudinem filie uxoris patris

tui quia peperit pater tuus, et est soror tua non revelabis. Turpitudinem so-
roris patris tui non discooperies quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis
matris tue non revelabis eo quod caro sit matris tue. Turpitudinem patrui
tui non revelabis nec accedas ad uxorem eius que tibi affinitate coniungitur.
Turpitudinem nurus tue non revelabis quia uxor filii tui est nec discooperies
ignominiam eius. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis quia tur-
pitudo fratris tui est. Turpitudinem uxoris tue et filie eius non revelabis.
Filiam filii eius, et filiam filie eius non sumes ut reveles ignominiam
eius quia caro illius sunt. Quod non negligenda sunt ea que sanciuntur
manifestum est ex eo quod iterum dicit Ego dominus. Fecerat autem hoc Moyses nimio pre-
[illegible] mea loquebatur ut non de proprio que dicebant dicentibus quibus-
dam quia monstra sunt. Non sunt autem eius hec que proponuntur sed dei.
Cum summo opere quod intuendum est studium adhibitum sit ut et littera
eorum conservaretur. Et spiritalis intellectus. Unde quod ita testatus
dicit. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat ut reve-
let turpitudinem eius. Lex edicit homo homo ad omnem domesti-
cam carnis ipsius non accedet ad aperire turpitudinem. Propterea vide-
licet cum homo homo sit quemadmodum est homo duplex sic intelligitur
et ea que sanciuntur esse duplicia oporteret. et exteriorem eorum fa-
ciem et interiorem contemplationem custodire ut integra rectaque lex
exteriorem interioremque componat hominem. Hec quidem que fa-
cere est legis sancte proximos sanguine nuptiali coitu misceri prohibet. Nam
et hoc tenebat apud gentes quarum etiam in hereditatem illius accepit.
Servus autem carnalium voluptatum erat israel erat ita ut moabitarum
mulieres deprecante beelphegor idolo immolarent quod abusus colebatur
et accusaret eos osee ac diceret de eis. Omnes adulterantes sicut cli-
banus ardens. Et iterum dominus sic ad eos dicit. Non visitabo super filias
vestras cum ~~adulterate~~ fornicate fuerint et super sponsas vestras cum
adulterate fuerint. Quia ipsi cum meretricibus versabantur et cum effemi-
natis sacrificabant. Hec et Osee dicit ad totam israel [illegible] fratres mere-
trices. Unde et eis mulieres intactas atque preceptum erat
ut per hec saltem ab alienarum mulierum fornicationibus et adulteriis
abstinerent. Ideo ergo et tam longum extendit sermonem et generationes
[illegible] exsequitur. Quibus continere se debeant a commixtione
[illegible] Et ut ostenderet mandatum esse necessarium
ipsas cognationes [illegible] in communicatione causa sanctionis [illegible]
[illegible] quod studet ut non confundant generationes nec dissipent
hereditates nam frater et pater idem fieret eiusdem [illegible] esset uxor
et mater. Utique enim hec eveniebant si eandem uxorem pater et
filius habuissent ex ea que filios procreassent. De filio enim geni-
tus est que et illum peperit et uxor eius simul atque mater sunt
similia. Propter quod auferre a tali commixtione et contra volens
Turpitudinem inquit patris tui et turpitudinem matris tue non disco-
operies. Eademque in sequentibus de noverca et sorore et [illegible] et aliis
[illegible] revelationem turpitudinis horum coniunctionum appellans
ex hoc sermone cubiculi et [illegible] habere omnes huiusmodi
[illegible] Similiter et illud oportune intuendum est quod dicat
Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat ut revelet turpi-
tudinem eius addidit, Ego dominus. Et quid aptius erat hoc addi-
didit. Et polentam et pultes non comedetis ex segete usq(ue) ad diem in
qua offeratis ex ea deo v(est)ro. Preceptum e(st) sempiternum in generationibus
cunctisq(ue) habitaculis v(est)ris. Sive s(ecundu)m lex. Et ficta ex (?) ... non
manducabitis usq(ue) in illam ipsam diem quousq(ue) offeretis vos mu-
nera deo v(est)ro. Legitimum erit in progenies v(est)ras. Plena ...
inchoavimus ... dies advenit antequam p(re)dicta dona deo
offerantur. Exigimus (?) nobis que e(st) in Chr(ist)o nova creatura vetera
transierunt et nova ... annunciata e(st). Regnum (?) ait Paulus
l nova Si qua in Chr(ist)o nova creatura vetera transierunt. Ecce facta sunt nova. 1.
Omnia aut(em) ex deo qui reconciliavit nos sibi. Oblatio enim ...
donorum (?) quia esse mysterium ... ostendimus. Reconciliavit
nos deo et ab illo nobis nove polente et pultis sive ut lex ...
... prestitit. Non enim nova solum sed et tenera Chr(ist)i precepta sunt
sive ut mollia sic enim extra alii interpretes ediderunt. Esse aut(em)
mollis evangelica ... sicut ... movi (?) quia suave
est. Sive ut manibus contrita et mundata. Extra enim et hec math xi
... quia Chr(ist)i dogmata actione exigunt et correctionem
quod minime ... preceptum e(st) sempiternum in generationibus

amicti scilicet habitaculis uestris. Nec enim locus nec tempus immutat xpi-
anum secum per quod floruit totus mundus et tenuis lex habitans contradicit
ea que ad eum pertinent custodit. Hec autem legislator dicens et resurrectio-
nis describens secundum modum quem oportebat gratiam ad penthecosten quam
nos celebramus sermone vertit dicens: Numerabitis ergo ab altero die sab-
bati in quo obtulistis manipulum primiciarum vii ebdomadas plenas usque
ad alteram diem expletionis ebdomade septime id est quinquaginta dies
et sic offeretis sacrificium novum domino. Quinquagesimo penthecostes. neque typis
neque minoribus a populo iudeorum custodiuntur sufficient in superioribus asserta
sum est a nobis autem tum contemplatione et ad litteram custoditur ple-
nius enim legislator intencionem suam demonstrare volens ab altero die sab-
bati numerari precepit quinquaginta dies. Dominicum diem procul dubio
volens intelligi. Hic enim est altera dies sabbati. In hac enim resurrectio
facta est qua ebdomades numerantur septem usque ad alterum diem
expletionis ebdomade dominica in qua die penthecostes celebramus so-
lempnitatem in qua sancti spiritus adventum meruimus. Non sunt et septem
ebdomadarum ad terminum custodientes. Scilicet ut nos cognosceremus quia in
veteri nichil secularium precepit deus agere nichil secundum corruptionem veteris primi
qui eam incipit populo. Hic novum sacrificium domino tunc offerri iussit.
Adveniens enim spiritus totam naturam nostram renovavit. Quod confirmat
scripti tradicionem quam in illis perficit. Dicit enim denuo accipiet et annuncia-
Jo xvi bit nobis. Propterea quod non in alia ebdomade die advenit scilicet in qua
resurrectio facta est et manipulus intelligibilis oblatus est. Ut et hac
placaret quia nova conversacio que nos renovavit liberando a corrupcione
vetustatis resurrectione xpisti et sancti spiritus adventu concessa est. Ma-
nifestat autem oblacio panum speciem hostie quam precipit fieri. Et sic
offeretis sacrificium novum domino ex omnibus habitacionibus vestris panes
primiciarum duos ex duabus decimis simile fermentate quos coquetis
in primicias domini et offeretis cum panibus vii agnos inmaculatos
anniculos et vitulum de armento unum et arietes duos. Novum sacrificium
dicens legis scriptura ut vetera excluderet. Euangelicam autem illis
introduxit. Deinde addens de habitacionibus vestris certius signifi-
cavit et quod offerri que dicta sunt aptavit. Neque enim dixit ex omnibus
habitaculis sed ex omnibus habitaculis vestris ut absolute ostenderet
Ps lxxxiij aliquid habitaculum proprium ecclesie quia ait dauid. Beati qui habitant
in domo tua; et rursus. Unam petii a domino hanc requiram ut inhabi-
tem in domo domini omnibus diebus vite mee. Et panes quidem pri-
miciarum duos id est legem et euangelium panes enim sunt cibus animarum
fidelium continentes. Sunt autem et primicie sive ut lxx separati. Pri-
mum quidem sapiencia est precipua. Altera autem que extollentem separat
intellectum et sensum. Sunt ergo ex duabus decimis simile fermentate
ex doctrina que perfectam dei divinitatem et perfectam humanitatem
tradit. Hec autem cognoscit per talem doctrinam confitetur sed primiciarum
sunt domini. Primus enim deus in legem perficit et euangelium et post
Mt v hoc dominus dixit audistis quia dictum est antiquis Non occides. Ego autem
dico vobis omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio.
Convenit enim hic legem euangelio propter quod eius primicie dicuntur. Quod
Lu i et lucas confirmans in principio euangelii nobis ostendens scripsit
Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit ihesus
facere et docere. Offerre autem eis septem agnos immaculatos annicu-
los precipit dona significans que sancti spiritus de quibus salomon in prouerbiis ix°
dicebat Sapiencia edificavit sibi domum excidit columpnas septem

planius aut Isaias xi capitulo tradidit Et requiescet super eum spiritus domini. Nec tamen
que vel cum illumen essent dona sibi intulit eum spiritus sapientie et intellectus
spiritus consilii et fortitudinis. spiritus scientie et pietatis et implevit eum spiritus
timoris domini. Agnus autem hic appellat dona ad ascensione quod spiritus sanctus
mundi Unde nemo potest dicere xpistus ihesus nisi in spiritu sancto. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata Ioh. i.
extra ratione cum septem agnus vitulum ex armento Ergo non 1 Cor. xii
oblacio sed cum dederit significat vitulum ex armento Abraham presens continet
et david secundum carnem factum hinc arietes duos in mandatis conuenit
excellencia mandata et virtutes quas significat alias videlicet oves oportet
In his enim utpote intelligibilem minimum ventilabimus in numine et
in de minutatis habent Que sunt autem hec. si vis perfectus esse vade ven- Math. x
de omnia que habes et da pauperibus Maximum enim significat xpistum ut eum
despectu quippiam possidendi terram omnino agere secundum voluntatem domini
studeamus Hoc est enim signum; hec ergo mandata ut pote perfectam maculatam
latam vitam et perfectum constituunt arietes appellantur et arietes
omni gregi excellenciores sunt. Horum sacrificia et libamus scientia
intellectu et correctio odor suavitatis est deo Illi de quo paulus dice- 2 Cor.
bat Deo autem gracias qui semper triumphat nos in xpisto ihesu et odorem sue
scientie manifestat per nos quia xpisti bonus odor sumus deo in perfectione iustis
ad hec oblacione penthecostes statuit dicit autem et reliqua Hinc maxime
spiritum cum predicta festivitas est perfecta competit Nunc quoque autem fa-
cietis et hircum pro peccato Penitentiam introducens Similiter duos agnos
annuculos hostias pacificorum Illa pauli mandata significans 1 Cor.
pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo vide- Heb. xii
bit deum Nunc quoque per aplicatam sanctimoniam expressa erunt offerri ea propter
cum panibus similitudinem quos esse xpisti doctrinam diximus in superioribus
bus autem rursus addit Cumque elevaverit ea sacerdos cum pa- xxi
nibus primiciarum coram domino Secundum lex autem sic exponit ea sacer-
dos separacione cum panibus primiciarum ante deum cum duobus
agnis sanctificabuntur cum dus cedentur in usus eius. Unde sacerdotis
offerentis ea intelligitur xpisti Ipse enim in sacerdos ipse in eiusdem dus est
resurrexit sicut panes primitiae Sic et agni mandatorum predictorum
sunt Ipse enim erat qui in paulo loquebatur. Ipse omnium que dicta
sunt obtulit patrem enim deo pauluit primus deus discipulis
annunciavit et sanctimonias sicut suos stellarum super omnes custodivit. ne
ipse autem de spiritu gabriel virgini dixit propterea et quod nascetur ex te san- Luc. i.
ctum vocabitur filius dei Unde si primus deus de quo supra inveniuntur
excellenciam confirmacionem eorum que de deo dicta sunt reperire
Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. Omne opus
servile non facietis in eo legitimum sempiternum erit in cunctis ha-
bitaculis et generacionibus vestris Quoniam ergo mea est quod nobis
excellet Tunc enim et alios dies festos appellat sed de hoc primum
inquit et appellabitis hunc diem celeberrimum et precipuum
atque sanctissimum ut in eo corporis quod et cum alijs commune
et quod ipse precipuum habet. In ipso enim genera vocavit non per
tum solum sed omnes capere. quando parthi et medi et elamite et
qui habitabant mesopotamiam iudeam et capadociam Omnesque Actuum ii
reliquie gentes quarum linguas denunciavit Audiebant apostolos linguis
suis magnalia dei loquentes. Ad veniamus ergo exponit. Nullum
hoc opus servile faciamus. id est quod ad servitutem pertinet sed le-

cultum sempiternum in cunctis habitaculis et generationibus vestris. Seque mox
intelligi possunt operandi in tempore quo ad nos venit xpus. Omnia ubi sunt
dni ibi libertas sicut paulus scripsit. Postquam autem messueritis segetem
terre vre non secabitis eam usque ad solum nec remanentes spicas col
ligetis. Sed pauperibus et peregrinis dimittetis eas. Ego dns deus vr.
Omnia pietate plena sunt que nunc legem [illegible] aptum est propter quod
ea custodiri et secundum litteram oportet. Si humanus certum [illegible] contem
plari possidet. In aut hac more nota quia cum similia his supius
precepisset non tamen eadem sentiunt. Hac aut verborum ipsa imitatio de
monstrabit. Ibi etenim ait Ubi compleveritis messionem hic autem
non secabitis eam usque ad solum ut differentiam ipsam ex permutatione
verborum intelligamus tertiam fidelium esse partitam a lege dei consumationem
sequente ostendimus. Hanc messio post resurrectionem salvatoris a
motibus et adventum sancti spus floruit. Et non quidem omnem scien-
tiam quam habituri sumus quando ad ipsum deum venerimus reddit
verborum predicationis. Sunt aut quo relinquunt utpote que nunc nobis
revelari non possunt. Et propterea legem hanc impletis festivitatibus
imposuit et ait. Postquam messueritis segetem terre vre non secabitis
eam usque ad solum. Id est quod dicit non secabitis eam usque ad solum. ea
significavit que nobis ad plenam scientiam et perfectam desunt propter quod
subdidit Nec remanentes spicas colligetis. Ut non contendamus
licet fuerit omnem ea que ultra sequitur scientiam. Et propterea ea in mes
sura tradere dicimus colligere nec enim possumus sed relinquamus ea
xpo. quem significans legislator addidit. Pauperibus et peregrinis
dimittere eas sive secundum hoc pauperi et peregrino relinques ea. Et quod est
hic audi quod sequitur Ego dns deus vr. Pauper autem et ipse dicitur
quia propter nos pauper factus est cum dives esset ut illius paupertate
nos divites essemus. Sed et advena quia et in propria venit sui tamen
eum non receperunt. Huic ergo ea relinquetis. Solus aut scit que nobis
remanent propterea nec colligere possumus que ut ipse colligat separata
sunt. Teste paulo qui dicit O altitudo divitiarum sapientie et scientie
dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius
Locutusque est dns ad moysen dicens loquere filiis isrl. Mense
septimo prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus
tubis et vocabitur sanctum. Omne opus servile non facietis in eo
et offeretis holocaustum dno. Septenarium numerum evidentem
gere et indubitabilem consumationis signum sine variis temporum
cunctis sine qualibet. Multa quidem et alia ostendunt illud autem
maxime quia deus in die septima cessavit ab operibus suis dans
nobis ex ipsa requiem nostram in consumatione. Deinde paulus ait Omnis
enim ingressus est in illam requiem requievit et ipse ab omnibus
operibus suis quemadmodum et a suis deus. Sed in mente consumationis tra
xpm dicit est adventus. Propter quod illa novissima hora iohannes eam
appellant. Est aut nobis requies dicit enim filioli novissima hora
est. Sed et Jacobus. Ecce iudex ante ianuam stat. Hoc tempus primam
septimi mensis sicut principium consumationis recte lex appellavit
Est etiam nobis requies quia nos operibus malis tunc fecit et angore
operum liberavit. Venite enim inquit omnes qui laboratis et onerati estis
et ego vos reficiam et cetera. Discite a me quia mitis sum et hu
milis corde et invenietis requiem animabus vestris. Hoc et memoriale est
tubarum. Predicavit enim salvatoris resurrectionem que memoriale est communis
mortuorum resurrectionis que in voce tubarum magnarum et terribilium
efficietur. Ipse enim dnus in voce archangeli in tuba dei sicut paulus. 1 Thessa. iiij

docuit hoc tempus vocabitur sanctum domino, quia vocatione que in sanctificatione est per
ficit ex aqua/ ad apertio quod ad eum pertinet vocatis efficitur. Omne opus
servile non facietis in eo et offeretis holocaustum domino. Non est enim iam
tempus opera servilia agere quia sufficit preteritum tempus ad voluntatem gen-
tium in quo gesta sunt opera servilia et debemus quemadmodum exhibuimus
membra nostra arma iniquitatis ad iniquitatem ita exhibere membra nostra
arma iusticie in sanctificatione. Hoc est enim verum holocaustum. Locutus
quoque est dominus ad moysen dicens Decimo die mensis huius septimi di-
es expiationum erit celeberrimus et vocabitur sanctus affligetisque animas ve-
stras in eo et offeretis holocaustum domino. Omne opus non facietis in
tempore diei huius. Quia dies propiciationis est ut propicietur vobis dominus deus
vester. Omnis anima que afflicta non fuerit in die hoc peribit de populis
suis. Et que operis quippiam fecerit delebo eam de populo suo. Nichil ergo
operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis
generationibus et habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est. Affli-
getis animas vestras die nono mensis a vespere usque ad vesperam celebrabitis
sabbata vestra. Recte paulus Corinthiis de iudeis scripsit hec omnia I Cor. x
in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad nostram correptionem in
l. devenerunt quos fines seculorum devenerunt. Quod enim in fine seculi actum est sal-
vatoris misterium que etiam contra exteros dispensata sunt plane per ipsa
legislatoris significavit. Quid ergo nobis innuit nisi quod salutis gratia
dei et predicatio eius per quas utique mortuorum resurrectionis vitam cum
molestia et humilitate et in laborum abstinentia et que est in deserto pere-
grinandi atque desertum possidendi aliisque virtutibus, quas agentes tamquam
l. terra incole hanc terram habitare non ad longum tempus sed ad perpetuum in
ea ponentes tabernacula. Quia ergo omnia que dicta sunt tamen quoque
in hac plenitudine temporum per evangelicam nobis conversationem predicta
sunt septem mensium. Hic enim numerus consummationem temporum sig-
nificare convenit omnibus figuris necessarie convenit dimittens autem
ea. Opus quidem mortuorum resurrectionis per neomenia septimi men-
sis primis significavit in qua et tubarum memoriale posuit. Quia
in tuba dei expectamus mortuos resurgere. Humanam autem que est in
humilitatem et laborum abstinentiam vitam per decimum mensis de qua
nunc loquitur. Itaque in transitu enim seculo isti et exitum de eo expectans
perfectum. Hinc aquila decima in ipso post paululum inveniens
tu dicente significat. Sed ea que tunc pertinent ad primam perfectionem
Locutus quoque est dominus ad moysen dicens decimo die mensis
huius septimi dies expiationum erit erit celeberrimus et vocabitur
sanctus et affligetisque animas vestras in eo die nono mensis a vespera
Ostendit expiatione nobis a peccatis videlicet liberatam in humili-
et affligentes anime acquirit legislator depedit. Hanc autem agere a
vespere debemus id est ex ipsa penitentia sicut impletur quia
et corpus invenit sic predicationis primam fecit. Sed prime vitam mth
bonitatem super edificare perfectam et virtutibus consummatam necesse
habemus et postea subdidit. Et offeretis holocaustum domino. Omne opus
non facietis in tempore diei huius. In holocaustomate quidem consu-
tum vitam et perfecte inherentem deo, in non faciendo autem omne opus to-
tum operum abstinentiam ostendit ergo et nimis consequenter addidit. Quia
dies propiciacionis est ut propicietur vobis dominus deus vester. Utique hoc ostendens
quod et hoc est tempus propiciacionis nobis a deo donatum, in quo peccata nostra
veniens dominus diluit. Et quia in quo hec expectamus tempore nichil de-

venimus tremorem agere. Deinde legem perficiens et ex propria adnotatione probans
qui dixit dimitte anime quia in hiis patribus singulis eorum et invenietis requiem
animabus vestris ait Omnis anima que afflicta non fuerit in die hoc peribit de popu-
lis suis. Uterque enim sequitur Christum qui hec sentiunt et intuentur semetipsos hu-
miliant ut paulus de eo dicit humiliavit semetipsum factus obediens usque ad
mortem, mortem autem crucis. Et que opus quippiam fecit delebo eam de popu-
lo suo. Nichil ergo operis faciatis in eo legitimum sempiternum erit vobis in cunctis
generationibus et habitationibus vestris. Sed hec dixit tanquam si per se iudeorum
preceptum sit, sic autem se non habet. Omnibus enim lex cunctis generationibus
et ad omnes dominus dicebat. Operamini non cibum qui perit. nichil volens
nos operari terrenum, sed beneficio et sapientie et curiositati nationis perducere ad
maiorem contemplationem volens addidit. Sabbatum requietionis est
vel secundum lxx sabbata sabbatorum erunt vobis ut per hoc intelligitur
intelligamus sabbatum, quod iudeorum excedebat infirmitatem quemad-
modum et festa ceterorum. preterquam quod eis nec sabbata erant, sed et canti-
ca canticorum non intelligunt eorum que ibi scripta sunt littere. Et
omne quod secundum legem anagogen recipit hoc excedere iudeorum infirmitates
intelligamus. Iam autem inde de quibus sermonibus usus est. Et affli-
getis animas vestras die nono mensis a vespere usque ad vesperam celebrabitis
sabbata vestra. Recapitulat enim humilitatis ubique quam frequenter illud
opus docuit. quasi quartam autem illam et vicesimum baptismi atque
sabbatum apostolis constituunt. Ieiunium enim quis maior est in regno celorum
studet. Et similiter humiliavit se sicut parvulus hic est maior in re-
gno celorum. Quod autem dixit a vespere usque ad vesperam aperte volentis
est semper superfluorum et vanorum vacatione studere. Unde et dominus
nec canticis dicere concedit precepit enim nec de tunica neque de veste
litigare sed nec cogitare quid comedatur aut quid bibatur aut quo
vestiatur. Verum ipse docens sabbatorum annuncians sabbatum in quo
omne opus cessat et sola que dei sunt intendimus. Sola corrigimus
que utilia sunt atque expediunt anime. Et locutus est dominus ad moy-
sen dicens. Loquere filiis israel a quinto decimo die mensis huius
septimi erunt ferie tabernaculorum septem diebus domino. Dies primus
vocabitur celeberrimus atque sanctissimus. Omne opus servile non facie-
tis. Et septem diebus offeretis holocausta domino. Dies quoque
octavus erit celeberrimus atque sanctissimus et offeretis holocausta
domino. Est enim cetus atque collecte omne opus servile non facietis in eo.
Hic separare scripturam secule et terrestrem cuius nosse et temporale non
solum ait legislatorem significat. sed oportere credimus habere ad solem-
nitatem hoc ergo et per numerum et per tabernacula sine aliqua dubi-
tatione invenies significatum. Etiam decima septimi diem mensis
ad festivitatem precepit. Et septem autem et octo hic est unus cum
partibus innare preponens alios rursus dies celeberrimos atque sanctis-
simos commemoravit et nec et determinavit eam cum septem, sed
posuit sequentem et seiunctam ab aliis. Sicut festum solus sequentium
numerorum presens. aliud autem quam hoc est. Septem ergo diebus festivi- tabernaculorum ap-
tatem in eo habere et letari perfectum expectandum potest. Et quod pellat Grece
etiam fecit scenopegia domus habitationis huius dissolvatur aedifi- hic in tabernaculis
catio non manu facta cum in celis suscepit. Primum autem septem posite unde vir
dierum celeberrimum atque sanctissimum appellant. Qui enim hic festum esse
sit presentibus tanquam tabernaculo utimur prima dies idem memo-
principium a sanctificatione vocationis incipit postea et minus con-
sequenter ait omne opus servile non facietis. Decima mihi ipso

serviunt, qui tanquam tabernaculum et rusticam ea quae in caelestibus intendunt. Et
et septem diebus holocausta offerri praecepit, ostendens oportere per omne tempus
praesentium conversationem seculi. Octavo quoque se praesentem intimam perduxerimus
tunc celeberrimum atque sanctissimum octavum diem seculi videlicet futuri
habebimus. Vocantque nos in spacium sancta bona ea quibus nos et in hac gloriose
vocavit. Unde et lex se coluerunt diei octave nobilissimis erit; tunc
quoque offeremus holocausta domino quae hic praevenimus. Est enim octavus atque vel
certe vel sicut lex expressius est, quia hinc exitus illic habitatione. Sic phil. i
ait paulus Cupio dissolvi et esse cum Christo. Omne opus simile non
faciemus quia sicut angeli dei tempore illo erimus. Sed et hoc nota quod
eadem dies primus et octavus dicitur quia cum quodam modo utraque
dies sunt resurrectionis quippe dies quae est sabbati futuri seculi immutabilis
eius et basis. Primus quidem dicitur principium in Christo conversationis et exor-
dium futurorum. Octavus autem est ut qui post succedit secula quem
septimum numerum signare dicitur. Sed et si quis hic sicut in tabernaculo
habitat sicut peregrinans mundi hic habuit, iste et se nec dum
re, tamen veritate iam futurum seculum habet in agentis quod ne quis
ad materiam pertinet neque ad inquietudinem. quod ille est ipsum
est quod et dominus apostolis ut potestate talem credituris eligentibus. Unde dicebat
Regnum dei intra vos est. Sed et illud scire lex secundum est quia
primum quidem vocat sanctum sive additamento et distinctione nominavit de
octavo autem vocatum sanctum dicens addidit; erit valde ut ex eo quod dixerit
futurum significavit distinctione autem eius quod dixit nobis ostendit quod
primum quidem omnibus vocatis et sanctus est quia omnes hic et pro
distinctione ad sanctificationem et ad bene vivendum et ad cursum hereditatis
futurorum bonorum dominus vocavit. Nam et sine illa distinctione praedica- math. xi
bat Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam.
In futuro autem vocatio hereditatis bonorum non omnium est sed eorum qui
praesentem vocationem susceperunt et tabernaculorum festivitatem. Scientes
quia praeterit figura huius mundi custodierunt. propter quod nobis dixit
illis exclamans qui se vixerunt. Esse ita habere ipse verum dominus
ostendit. Nam cum hic dixit Venite ad me omnes qui laboratis et o-
nerati estis et ego vos reficiam in requiem videlicet futuri. Sic et ibi math. xxv
quedam dicit de futuro Venite benedicti patris mei percipite regnum quod
vobis paratum est. Subtrahens hoc quod dixerat omnes. quia multi
math. xxii quidem vocati, pauci autem electi. Hae sunt feriae domini quas voca-
bitis celeberrimas atque sanctissimas offeretisque in eis oblationes domino
holocausta et libamenta iuxta ritum uniuscuiusque diei exceptis
sabbatis domini donisque vestris et quae offeretis ex voto vel quae sponte tribuitis
domino. Vides illas apostolicas voces? Semper gaudete, sine intermissione ora- i. Tessal.
te, in omnibus gratias agite. Consona videntur esse hiis praesentibus mosaice
sanctionis verbis. Ergo et festivitates quasdam proprias legislator ex-
ponens quas et celeberrimas atque sanctas nominavit. praeposuit eis
cotidiana libamina et sacrificia. Haec sunt enim inquit feriae domini
quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas. Et cum oportet
hanc cantillam dicere, non sic dixit sed subdidit: Offeretisque in eis obla-
tiones domino holocausta et libamenta iuxta ritum uniuscuiusque
diei. Et ipse nos gaudere et festivitatem agere et sine intermissione ora-
re iubet. Hoc est enim cotidianum libamen et sacrificium sive holocaustum
quod nunc offerre possumus quando corpora nostra hostiam vivam deo exhibemus
et membra nostra quae sunt super terram mortificamus, pati quoque festinemus
ne ad ... cum paulo dicentes: Ego iam delibor et tempus resolu-
tionis meae instat. Nam propterea addidit Exceptis sabbatis ii Thi. iiii

domini domusque iuris et que offeretis ex uoto uel que sponte tribuetis domino aperte illud tradentes sibi declinatione malorum. Hoc enim est sabbatum et super alias ostendas quas deus sed in tempus prouenturas aliquando ei reinanimi aliquando possessionum oblatione uel in piculis vementibus nobis uel voluntarie prouenturas. preterea votorum et spontaneorum cotidianum in interiori deo atque pectus sacrificium quam in actione iusta est. debitores sumus ut nostram omnem ei vitam offeramus dicentes quadmodum et paulus dixit: Viua autem iam non ego viuit vero in me christus. Quod autem nunc viuo in carne in fide viuo filii dei qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me. preterea illud et nos offerre ei uitam nostram oportet quia et ipse semetipsum pro nobis obtulit. A quinto decimo ergo die mensis septimi quando congregaueritis omnes fructus terre uestre celebrabitis ferias domini septem diebus die primo et die octauo erit sabbatum id est requies Sumetisque uobis die primo fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum et ramos ligni densarum frondium et salices de torrente et letabimini coram domino deo uestro celebrabitisque solempnitatem eius septem diebus per annum Legittimum sempiternum erit in generationibus uestris Mense septimo festa celebrabitis et habitabitis in umbraculis septem diebus Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis ut discant posteri uestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios israhel cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus uester Locutusque est moyses super sollempnitatibus domini ad filios israel Fu-

tus nos legislator esse precipit tamquam futuram et presentem uitam ad aliud tempus adaptaret. preterea de completione festiuitatum solemnium iterat mencionem tabernaculorum festiuitatem quia totius legis summa est non inchoare principibus neque adhere ciuibus. Scio quia singulum mea et pessimum ut sicut omnes patres mei. A quinto decimo ergo die mensis septimum esse mensem septimum completione siue plenitudine temporum dixi. Quintus decimus autem utpote ex septem et octo constans euangelicam predicationem que ex presenti uita et futura consistit significat hanc componens illa precepta quando congregaueritis omnes fructus terre ab operibus uidelicet terrenis cessantes festa celebremus vii dies id est totam nostram denuo uitam in diuina festiuitate celebrandam. Die autem primo requies et octauo die requies non iam septimo cum minore septem dierum festiuitatem agi precepisset sed octauo. Primum quidem quia his qui secundum litteram legem tenent festiuitatem celebrare non licet. Nono enim segregatus est populo qui sit legem secundum spiritum accipere. Et octauum honorate quem diximus significare mortuorum resurrectionem. Ideo quia unam utrumque habent et primus et octauus. Quia enim octauus ipse et primus quia ipse est principium futuri seculi. Deinde primus dies qui est initium facte predicationis in fine seculorum requiem continet. Requiescere enim nos facit cum nos a peccatorum laboribus liberat per donum baptismatis. Cuiusque figuram mundans gerebat quam creaturas per aquarum diluuium habet. Recte de eo dicebat: Hic requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris et doloribus manuum nostrarum et a terra cui maledixit dominus deus. Similiter primus dies exordium uidelicet predicationis promittit postea requiem. Sed octauus habet id est mortuorum resurrectionem et regni futuri seculi de quo psallebat dauid: Exurge domine in requiem tuam. Quia enim utriusque requiem exordium euangelice predicationis possidet audi quod primum christus humanis generi predicauit: Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Per proximam alacribus quia que in petus est et requiem predicans et spem in regno celorum future requiei. Sed primus quidem habet requiem a peccatorum laboribus. Octauus tamen qui uocatus est super edificari

Gal. ii

lxiiii

Hinc requiei virtutum operatione exigit propter quod dominus quidem dicens discite Math. xi
a me quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris
subinfert iugum enim meum suave est et onus meum leve. Hanc quod est
tum requiei operatione virtutum mandans hic autem legislator tum festivi-
tatem predixisset septem dierum primum eius diem requiem appellavit
clarat quoque sequentes dies ut per hoc significet oportere virtutibus operam
dare deinde ad octavum diem tulisset requiem ascendens Animi fidelis
et sermonibus legi dei vacare requies secunda facta est. Quid ergo nos in tota vita
operari et in meliorare operatione oportet. Sumetisque vobis die primo
fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum et ramos ligni
densarum frondium et salices torrentis et letabimini coram domino deo vestro
celebrabitisque solempnitatem eius vii diebus. Quod oporteat per omnem
vitam virtutibus operam dare quas in fructibus et ramis predictorum
lignorum significavit ipse numerus de septem dierum absque nulla dubie-
tate confirmat. Verum non ex ipsa mellorare debemus notandum. Ex qua pre-
dicta est septem intelligibiles requies que prima est festivitatis dies manifestat.
Quem diem quidem supius appellavit requiem. Mox autem in eo fructus
arboris pulcherrime sumere precepit. Illos indicat quos in primo psalmo
david cantavit Et erit sicut lignum quod plantatum est secus decursus
aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo. Vult enim dicere
temporaneum et oportunum id est qui in tempore est. Ut virtutes oportunis
temporibus pagantur ut nullatenus in tempestivas iusticie fugientes eam
declinemus ad compassionem; ait enim Non misereberis pauperi in iudicio.
Quia et iusticia et compassio castitas et quodlibet diversorum suum tempus 1 Cor. vii
oportunum habet sicut paulus dixit Alligatus es uxori noli querere Eccl. iii
solutionem. Solutus es ab uxore noli querere uxorem. Et salomon ait Sub
certo tempus tempus tacendi et tempus loquendi tempus belli et tempus
pacis et multa his similia. Unde et saul condempnatus est et lagag 1 Reg. xv
extra tempus pepercit et compassus est quo tempore cum hec non oportebat
facere. Neque enim oportebat parcere cum deus iussisset totum amalech di-
spergi. Si ergo fructus arboris suppetunt dicentibus ait Johel Nolite ti- Johel ii
mere animalia regionis quia germinaverunt speciosa deserti quia et
lignum attulit fructum suum Et cantica canticorum sub umbra eius Cant. ii
quam desideraveram sedi et fructus eius dulcis gutturi meo
Pulcherrimum sumere. Omnia enim que fecit deus bona sunt in tempore suo
Sed et paulus ait Omnia vestra honeste secundum ordinem fiant. Quod
oporteat aptari virtutes tempori significavit. Ergo fructus arboris
pulcherrime principaliter ipsius fructus illius ligni est. De quo in
Ysaya dictum est Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius Isaie xi
ascendet. Dei genitrix videlicet virginis secundum lex. Ipse fructus precio-
sus. Omnia enim ipse dispensat tempore oportuno. Si autem aliquid secundum
bonus legem et bonum est quod correctum fuerit in verbo aut in opere
hoc etiam fructus preciosus recte dicitur. Sumere autem et spatulas
palmarum id est immarcescentia iusticie germina. Iustus enim sicut pal-
ma florebit david dixit. Sed quia de palma incorruptibile est quemadmodum
nec decus qui iuste vivunt quod regnum perpetuum. Sumite et ramos ligni
densarum frondium omnis quidem virtutum fructus maxime autem mise-
ricordie. Oportet enim eam esse continuam et permanentem quod ecclesiastes admon- Eccl. ix
dens Oleum inquit de capite meo non deficiat et in proverbiis Non di- Prov. iii
cas vade et revertere crastina die dabo tibi cum statim possis dare
Sumite et salices et secundum lex [illegible] ramos id est continentie castita-
temque. Salix enim continentiam significat quia fructum non facit
sicut vere continentes qui sunt veri eunuchi qui castraverunt se propter regnum Math. xix

Ysaye lvi° — fructum quemlibet sensibilem faciunt, ad quos deus per ysaiam prophetam
dicit Non dicat eunuchus quia lignum aridum ego sum quia dabo eis
in domo mea et in muris meis locum nominatum melius a filiis et filia-
bus nomen sempiternum dabo eis dignum aut saltem gerere curam orationis
necnon penitentie signum. Hec quoque et illud quod dauid dicit intelligatur
Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon
In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Orationis enim et pe-
Ysaye xliiii — nitentie lacrime de quibus ait ysaias Sicut salices super preterfluentes
aquas, continentiam coniunctionis necessariam habent in tempore quo asse-
1 Cor vii — runtur quod demonstrat paulus Nolite fraudare inuicem nisi forte
ex consensu ad tempus ut vacetis orationi. Quia enim castum oportet esse
coniugium ipse rursus ait Saluabitur autem per filiorum procreationem
si permanserint in fide et caritate et sanctificatione cum sobrietate. Et item
honorabile quoque connubium et thorus immaculatus. Sed hec de tor-
rente sumere de presenti videlicet vita. Torrens enim propter transitum pre-
cedentem [illegible] decursum significat autem et propter hyemem quam habet aduersarum temptationum
atque tribulationum recte nominatur, ita ut dauid de christo dicit, quod et ipse
de mundo et de eius tribulationibus utpote similis nobis effectus gustauit
de torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Exaltauit enim man-
ens pendens crucifixus autem quia de ipso torrente bibere semel elegit
Cum ergo hec agit septem diebus totum videlicet tempus letari potest
sed letari ante dominum. Non impiorum et peccatorum gaudium. Non est enim
gaudere impiis dicit dominus, quippe qui in voluptatibus et corruptioni-
bus festiuitatem habent, sed in domino letantium. Quod autem est coram
domino letari idem est credere, et pro eo pati. Hoc enim perfectus gaudio ex quo
1 Petri i — consistit demonstratur per fidem ad salutem paratam reuelari in tempore
nouissimo in quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari
in variis temptationibus. Hic nouissimorum temporum figuram gerit
septimus mensis festiuitas et gaudium per fidem que est in christo et pas-
sionibus eius. Et quomodo hanc festiuitatem consummare et concludere
debeamus ostendit hec legislatoris verba. Celebrabitisque festum hoc
eius vii diebus per annum Legitimum sempiternum erit in generationibus
vestris. Mense septimo festa celebrabitis et habitabitis in umbraculis
septem diebus ut toto presenti seculo quemadmodum tabernaculo vtamur.
Ysaye xxxviii — Hec enim cum ezechias expectauit dicens Generatio mea ab-
lata est et conuoluta est a me quasi tabernaculum pastorum. Non ergo tran-
situm vel decursum eius ignoramus domicilia congregantes vel
domos magnas edificantes, sed quemadmodum paulus dicit Intendamus
1 Cor vii — quia tempus breue est ut ementes sicut non ementes simus, et possiden-
tes quasi non possidentes et vtentes mundo hoc ut non utentes. Prete-
rit enim figura huius mundi. Omnis qui ex genere est israel manebit
in tabernaculis ut discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare
fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus vester.
Vides quam figure hec populo iudeorum et imagines magnorum misteriorum
data sunt. Et propterea habitare in tabernaculis et tabernaculorum
festiuitatem celebrare iussi sunt ut non obliuiscerentur liberationis egyptiace.
Et hoc quidem secundum litteram, spiritualiter autem ut reminiscamur quia in-
telligibili egypto liberati sumus. Et de qua intelligibilis pharaonis seruitute
que est secundum corruptionem [illegible] presentis seculi. Quia si quis
plene cauere vult in tabernaculis habitet dominum suum imitans dicentem
Mathei viii — Vulpes foueas habent et volucres celi nidos filius autem hominis
non habet ubi caput suum reclinet. Manebit autem omnis qui ex genere israel

est sine sedem lex: indigena id est vere nobilis verus israhelita abrahe heres
qui patriam et genus et domos patrias reliquit et in tabernaculis
cum ysaac iacob coheredibus promissionis habitat Circa autem
non septem tantum diebus habitare in tabernaculis verum israhe-
litam legislator precepit Sed per huiusmodi numerum omnem vitam significat
filii hoc ionadab filii rechab et ea que de eis scripta sunt per iere- xxxv°
miam prophetam docent. habent enim sic Et obedivimus voci
Ionadab filii rechab patris nostri in omnibus que precepit nobis ita
ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris nos et mulieres
nostre filii et filie nostre Et non edificaremus domos ad habitandum
et vineam et agrum et sementem non habuimus Sed habitavimus
in tabernaculis: et obedientes fuimus iuxta omnia que precepit nobis
Ionadab pater noster Hic supernam civitatem et non presentem vitam
et sine aliqua vexatione inesse studuerunt qui potuerunt intelligere
spiritalem fructum tamquam bonum inter folia celatum littere
Has filiis israhel festivitates moyses locutus est in quibus nos
letemur festa celebrantes in lege dei et que ab eo ordinata sunt
secundum intentionem eius agentes et per materiam que vexat hominem
per tem bonam eligimus Caritatem patris gratiam filii societatem
sancti spiritus Ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Incipit liber Septimus Ysychii presbiteri Ierosolimitani

C xxv Et locutus est dominus ad Moysen dicens Precipe filiis israhel
ut offerant tibi oleum de olivis purissimum ac lucidum ad
concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonii
federis: ponetque eas Aaron vespere usque in mane coram
domino cultu rituque perpetuo in generationibus vestris Super
candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu domini Plena est
etiam nunc bonis multiformia et multimoda lex spiritus neque enim ex-
quirere ea que sunt ad correctionem placentium deo et que spiritualia
nobis vitam conquirant cessat. Cum ergo signum hoc quod
nunc expositum est a lege candelabri et lucerne et oleum gerat
ex vobis ipsis legens dicite post illud pauli quod ad hebreos scripsit Ebre ix
ad memoriam patris revocans habuit quidem et prius iustificationes
ferie cultus et sanctum seculare Tabernaculum enim factum est primum in quo erant
candelabrum et mensa et propositio panum deinde quomodo hec que talia sunt
intelligentur: exponens ipse cursus hebreos umbram habere legem
dixit Ergo per umbram corpus acquiramus Candelabrum ergo dicimus
ecclesiasticam conversationem in qua christus lucerne modo complendide lucet
precepit Nemo enim inquit accendit lucernam et ponit eam sub modio mth v
sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt huius lucer-
nis oleum elemosina est qua et ieiunium et virginitas et cetera iustitia
et omnis actio bona per misericordiam dilectionis pauperum nutriantur et custodiuntur
inextinguibiles; quod manifestant lampades quinque fatuarum virginum que mth xxv
quia dilectionis pauperum immunes fuerunt oleum a sponso exclusi sunt Sed
oportet oleum esse olivarum purissimum ut non ex iniustitia neque ex in- De hoc Eccl xx
ritate dilectionem pauperum sumamus neque ad ostentationem De olivis autem et i q i non
est si ex laboribus laborantibus et ex iustitiae petitionis vel possessione presentia est putanda
hec enim olive umbrose et fructuose recte appellantur Lucidissimum autem
ut non per gloria humana elemosinam faciamus Oportet ergo lucernas hanc
et accendi extra velum indicat corporis christi hec enim intelligibilis
consequendum premittit prudentia demonstratum est in tabernaculo aut
federis sive ut septuaginta testimonii id est in celo ...

dni manifestum est. Utrumque enim a legislatore dictum est. Hii enim qui ecclesiarum
facultates pauperibus hec tanquam sibi facientes qui propter nos factus est
pauper impendunt recte ante corpus domini lucernas elemosine in-
cendunt sed tamen et in celo ubi enim suos thesauros miserunt eos pre-
mittunt propinquos succendunt. Quia Aaron sive secundum legem et filii
eius Christus verus qui est verus sacerdos pauperum a passione cepit
mittant autem eum quicunque eius lucem adoptione valuit habentes
eos Aaron vel sicut lex incendunt eos Aaron et filii eius a vespere
usque ad mane hoc est sine cessacione quia et Salomon dicebat: Oleum
de capite tuo non deficiat. Ostendens ut oporteret elemosine lucer-
nas incendere continue et hoc ipsum coram domino sicut ipse dominus di-
xit: Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua ut elemosina tua sit in abscondito et pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi. Hanc legem habemus cultu iurique
perpetuo in generaciones vestras. Sic candelabro mundissimo id est
evangelice conversacionis secundum quod iam dictum est. Ab omni enim hec
ypocrisi et ypocrisi munda est ut possit lucernas elemosine ante
dominum et non ante homines incendentes usque mane ante incenda[illegible]
in futuro iudicii seculo. Quando enim mane illuxit futuri seculi iam
non est super tempus operacionis elemosine quod apte significavit Sa-
lomon ait: Ne dicas amico tuo vade et revertere et cras
tibi dabo cum statim possis dare. Nescis enim quid pariat super-
ventura dies id est festina et ne differas ne forte devenias in
locis in quibus amplius tempus non habes sed raciones illic ne-
cesse sit reddere de hiis que hic operati fuimus. Propterea hiis sol-
[illegible] legis est legislatoris intellectum. Candelabrum mundissimum
quidem quia peccatum non habuit nec dolus inventus est in ore
eius. Candelabrum autem quia ipse est lumen verum quod il-
luminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Super hoc
incenditur lucerna spiritus sancti igneus enim est substancia et opera-
cione unde in specie [illegible] super apostolos descendit hunc
purissimum oleum afferre id est intentum mundam debemus. Sci-
entes quia non omnium est incendere illum sed solum intelligibilis
Aaron et filiorum eius. Christus enim ipse plenus erat spiritu dicens
Spiritus domini super me propter quod unxit me. Super quem in specie co-
lumbe de celo descendit. Sed et ignem veni mittere in terram
et volo ut accendatur. Cum huius lucerne ignem signum sicut dicebat
Nam et ipse filiis suis tradidit quando insufflans apostolis dice-
bat: Accipite spiritum sanctum. Sed lucerna ista aliter non incenditur
nisi per [illegible] et per quisicionem lucidissimam.
Nam autem tales non est quod [illegible] extinguetur. Atque [illegible] sine clara
causa Paulus contestabatur: Spiritum nolite extinguere [illegible] sine
eo incendere eius operacionem. Ut extinguere aut [illegible] In nobis
incendatur aut negligentes evidenter [illegible] ea quibus
ordinate quidem lucerne mencionem facit ostendens. Numeris
quia de ipso spiritu sancto loquitur spiritu sic dicens: Ut lucerna
tam eius et unitatem ostendens [illegible] quia sponte et [illegible] ardeat
et continue succenditur. Quia autem lucernarum mencionem fecit [illegible]
ciones spiritus dicit. Dicit autem lex incendent lucernas ante dominum
usque mane hoc ostendens quia nos apud homines incendere opera-
ciones spiritualis ignis materiam eis subministrantes ex quibus
accendi vult. Quod autem dicit usque mane id est ad seculum venturum
i. usque

Ecc xx

mth vi

pro 3 iii

Ysa lxi Luce iiii

I Tessalo v

aut

Supra

Linguarum

Luce xii

Joh xx

Haec enim non iam nobis intendere nec attendere nos oportet habemus ponti-
ficem spiritales qui nobis dignitatem hanc in hac parte commendarunt
De panibus propositionis — Accipies quoque similam et coques ex ea duodecim panes qui singuli
habebunt duas decimas quorum senos altrinsecus super mensam purissimam
coram domino statues et pones super eos thus lucidissimum ut sit pa-
nis in monimentum oblationis domini per singula sabbata mutabuntur
coram domino suscepti a filiis israel federe sempiterno. Eruntque aaron et filiorum
eius ut comedant eos in loco sancto quia sanctum sanctorum est de sacrificiis
domini iure perpetuo. Vocat ad contemplationem mandati nos ipse panis vitae
sed et praeses. Et quia non et ipsos quemadmodum ea quae sunt de sartagine
et craticula et clibano holocaustum fieri praecepit, sed poni quidem
in mensa altrinsecus et solis eos licere sacerdotibus non et levitis
edere. ut tamen et illi ipsi in loco sancto comedant, sed et quia sancti sanctorum
appellati sunt. Intellige quod sint dicuntur. dabit enim tibi dominus intellectum.
Memento huius sancte mense de qua nulli sumere preceptum est excepto intel-
ligibili aaron id est christo. Ipse enim eam primus initiavit sed et filiis eius
licet qui alieni facti sunt christi et induti sunt eum. Quod tamen comedere
in loco sancto iussi sunt. Est hic et sanctum sanctorum ut sanctificationem habeant
propriam et incomparabilem illi panes ex duabus decimis. Decem enim
tabulis sunt earundem mutuaeque perfecti. Ponuntur seni altrinsecus.
Mystica mensa ponitur quidem hic ponitur et in futuro seculo. Sex autem
panes per seriem una. quia perfectus quidem numerus est senarius et mysterium
operis perfectionis. et perfectos facit eos qui haec sumunt. In sex autem diebus
hec visibilia facta et creata. sextaque die homo perditus est. propterque
operis huiusmodi preparantur mensae virtutes et omnes simul recte. Duodecim
panes sunt. quia primi divinam cenaverunt discipuli qui erant duodecim
numero super hos thus lucidissimum ponitur sive ut lxx. cum sal-
Et thus plus gratum enim accedit id est oblatione quae perpetuum
tenet in divinae cenae significat thus non solum quia immolatur
deo sed quia et multas sicut dicunt medici sanat oculorum caligi-
nes. Sal enim apostolorum doctrinas significat ad quos dicit Vos estis Math. v
sal terre. Recte autem in multis locis mystice mense ipsi apostoli et docto-
res eorum ponuntur quia quemadmodum ipse dominus. sic ipsi nobis divine ce-
ne communionem tradiderunt quorum mensa humanas medicinat altare de
quo david sic psallebat Parasti in conspectu meo mensam adversus eos
qui tribulant me. Licet munda est primum quidem sicut mundanus
deinde sicut nichil medians nec sustentamentis qualia sunt nimium
sacrificia paganorum habens mensa quia non licet participem illius
fieri eum qui non mundo accedit sensu neque indutus alia veste
qualem qui indutus non fuit proicitur ex eis qui vocati sunt ad Math. xxii
cenam. Hanc semper sed et diebus sabbatorum proponit panibus primum
quidem quia et intelligibilis requies quae est verum sabbatum verum
habet et hoc est maxime domini mensa et sic cena eius est nova quae-
admodum licet in his quae dicta sunt sacra domini de calice nove etiam
conicitur. Una autem nec sufficit haec quae nunc legislator exposuit
in vinigeniti accepimus mensa nec legimus accepisse aut similiter similiter
ex quibusdam quod non ad intentionem legis pertineat. Sed immo
valde et vere ~~communicans~~ ipsamus ipsa auditui illa facere possunt in
quibus hic proclamatio videtur. Ait enim Et sit panis in monimentum
oblationis domini. Quis autem in eius commemoratione sit illud prudenter
est quod dixisse paulus dominum tradentem mysterium scripsit. Hoc facite quotiens- 1 Cor. xi
cumque hoc feceritis in memoriam mei facite. Et deinde iterum
additum est. Per singula sabbata mutabuntur coram domino.

susceptum a filiis israel federe sempiterno sicut et lex testamentum sempi-
ternum illud paulus testamentum dicens cum dominus tradens myste-
rium mentem facit. Et nos discentes quantum mutationis quamque dog-
matis dignitatis habeat cum maximo timore et amore attendamus
quia moyses dat sicut dicit esse mensam et testamentum suum et immo
solum quia aaron et filios eius simul ibi esse participes. Precepit
et panem comedi non ubique sed in loco sancto. Dicit autem nobis
sanctus locus primus quidem aula dei, deinde nostra corpora quando sunt
a pollutionibus munda ita autem nobis convenit hec paulus vas
Lcor iii Templum dei sanctum est quod estis vos. Insuper elevans eius gloriam et im-
mensam dignitatem efferens in sublime addit Sanctum sanctorum est de sa-
crificiis domini in ritu perpetuo. Sacrificia sancta est quidem oratio sancta divine scrip-
ture lectio et instructionis ... audio. sancta sunt et breviter dicere
omnia que in ecclesiis dei secundum legem eius dicuntur et aguntur. Sancta
autem sanctorum de sacrificiis dicit de omnibus modicis que offeruntur
et aguntur ad eius gloriam necessario est quia de sacrificiis pro corpus po-
nit. Nam non simpliciter dixit quia sanctum sanctorum est. sed addidit
secundum lxx ipsi non solum qui ab eo sanctificationem habet. sed et
sub presentia non negligenter eam sed ipso sanguine quod sanctum
efficium est ascendente et consiliete. Ecce autem egressus filius
mulieris israhelitis quem pepererat de viro egiptio inter filios
israel inrixati sunt in castris alius vir israhelita. Cumque blas-
femasset nomen et maledixisset ei adductus est ad moysen vo-
cabatur autem nomen matris eius salamyt filia dabri de tribu
dan. Et locutus est ad moysen dicens Educ blasfemum extra miserunt que eum in carcerem donec
castra et ponant omnes qui audierunt manus suas super caput nossent quid iuberet
eius. et lapidet eum plebs universus. Ad mirabilia et inter dominus
nobis legislator tradit in quibus dignum est dicere Quam dul-
cia faucibus meis eloquia tua domine super mel et favum ori meo.
[ps cx]viii v Necessaria enim et minus utilia in magnitudinibus sunt et signis
animantis et apparentibus modo quodam se se monentibus tradit.
Est vero enim sapientia est de qua ait paulus. Quia stultam fecit deus
sapientiam huius mundi et rursus Sapientia huius mundi stultitia
est apud deum. Dicit enim eam que est circa cursus siderum et
motus celi et aliorum nobis incomprehensibilium contemplationem que
apud deum egiptios studebantur. et illa quedam media intimum
et phisica scripsit quam nec moyses in palaciis regalibus
institutus ignoravit sed et regnorum liber dicit Precedebat sapientia iii Reg iiii
salomonis sapientiam omnium orientalium et egiptiorum. Israhelitis
que mulier est divina scriptura intelligitur in proverbiis dictum est
pro xiiii Mulier intelligens benedicitur timorem autem domini ipsa laudet.
que superfluas questiones relinquens adheret timori divino.
Non oportet ergo israhelitam mulierem id est sapientiam spiritalis scrip-
ture exteriori sapientie viro ita ut subiciatur. et cum quis ex eis na-
scitur intelligat eum qui exterior dicitur non solum filium israhe-
litidis sed et filium egipcii esse. cum sapiat intelligat que scripta
sunt et exterioris sapientie se commisceat. et ea que illius sunt de-
scere. Unde discipulis apostolis inquirentibus cur mutum et surdum demonium e
iicere minime potuissent / respondit / Hoc genus non eicitur nisi per ie
Math xvij / Marci ix — iunium et orationem / Persequentur quinque de vobis centum alienos / sine id
hoc expellent quinquaginta / centum quinquaginta / dictum esse spirituale
homine quia die pentecostes spiritus de celo descendit. Ergo spiritu
alis equalis quem Paulus dicebat Spiritualis autem iudicat omnia et ipse a
nemine iudicatur / Ille qui scientiam perfectam habet / ad supplendum eorum
que agenda sunt discretionem. Hic quamvis validum demonem abigat
qui est ex eis supra centum et qui legio appellatur propter multitudi
nem obedientium ei malorum spirituum et cooperantium valet superare atque
vincere. Et centum e vobis decem milia / qui enim non solum scientia
habet supplementum sed et vitam perfectam atque consummatam / hic duplex
quodammodo spiritualis est et propterea centenario numero honorandus. Sunt
duplicem fructum ferens in spiritu atque perfectum / de quo maiorem cum non
dicit Et sequitur bonam frugem insinuans dicebat / afferet fructum
tricesimum et sexagesimum et centesimum / Hic ergo milia hostium subi
cere omnes vincit contrarias virtutes / utpote qui virtutum habet
perfectionem potest / quod autem subiicitur in verbo utique dei / aut enim Et ca
dent inimici vestri in conspectu vestro gladio / illum dicens quem Paulus
sic soleus exposuit. Unum enim prius dixisset inimicorum multa, non
Ephesios vi — enim est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates adversum mundi rectores tenebrarum harum / ad
versus spiritualia nequitie in celestibus subinfert / propterea accipite ar
maturam dei, Qua singillatim enumerans ait Et gladium spiritus quod
est verbum dei Respiciam vos Quid est melius quam respici a deo / cuius
respectus salus est / aversio autem mors est. Et crescere faciam multi
plicabimini / auget nos quando exigua parva bona que agimus magna
facit apparere / multiplicat autem pauca / crescere faciens in multis
cum non augens ut ras virtus et magnificans dicebat Qua dum fe
Math xxv — cisse unum de minimis his mihi fecistis. Et multiplicans rursus

Paulum scribere faciebat / non occides / non adulterabis / non concupisces Ro. xiij
Et si quod est aliud mandatum hoc verbo restauratur / diliges proximum
tuum sicut te ipsum / multa mandata efficiens hoc unum mandatum ut
nos ad sequendum illud devotos efficeremus. Nimis ergo oportuna sunt
que sequuntur / firmabo pactum meum vobiscum. Cuius quod pacta
sunt predicta / preteritorum aut illud firmat quod manifestant que
sequuntur comedetis vetustissima veterum. Sicut ut dixi / illa que vobis
per legem et prophetas promissa sunt et vetera veterum / que pa-
triarchas istorum auditoribus promisit / Et vetera novis super-
venientibus proicietis / que sunt nova / evangelica videlicet / Ita
cum maxima sunt ea que sunt per patriarchas legem et prophetas
pollicita sunt / tamen per comparationem promissa maiora sunt / propter quod
eorum comparatione illa a nobis superflua iudicantur. Ecce et cum
ea in quod totaliter auditorum considerat / infert illa que per evangelicam
acta sunt et impleta gratiam / Ponam tabernaculum meum in me-
dio vestri vel sicut dixi / constituam testamentum meum vobiscum quod
est hoc in quo nova promisit cuius sic propheta Jeremias memo- Je. xxxi
riam facit / Et constituam vobis testamentum novum / non secundum testa-
mentum quod disposui patribus vestris / hec cuncta iuncta sunt et que
sequuntur maxime. Et non abhominabitur anima mea vos / ambula-
bo inter vos et ero vester deus vos autem eritis populus meus / appa-
etiam ruit // autem hec propheta predicto sic dixit / cetera continet scripta sunt / Baruch v
Hic deus noster non reputabitur alius adversum / post hec in terra visus
est et cum hominibus conversatus est / quod non esset si nos [illegible]
deret / non ergo nos abhominatus est / sed et inambulare in nobis
per carnem voluit / et factus ut deus cum esset primus / sed ignotus / quia
hoc erat conditum ab ... Ex quo autem nos Christo emit sanguine
deus noster factus est / et non suam plebem suam fecit / et quis est
qui hec fecit ergo dominus deus vester / qui eduxit vos de terra Egypti ue-
nientes eis. Deos si mus cognoscere hec de Exodi verba sed et evangeli-
corum dicunt / Dixit aut dominus ad moysem / vidi afflictionem popu- Exodi iijo
li mei in Egypto / et clamorem eius audivi propter duriciam eorum qui
presunt operibus / et sciens dolorem eius et descendi liberare eos de
manibus Egyptiorum et educere de terra illa in terram bonam
et spaciosam que fluit lac et mel / et quis sit qui introducit in
promissionis terram / ipse deus qui hec moysi dixit ostendit. Ecce
ego mitto angelum meum qui precedat te et custodiat te in via
et introducat ad locum quem paravi / angelum filium appellavit
qui voluntatem nobis patris annunciavit / De quo ait Ysaias ix cao
Puer natus est nobis filius datus est nobis cuius principatus
super humeros eius et appellabitur nomen eius magni consilii
angelus admirabilis consiliarius deus fortis. Quis erit ergo nun-
cius deus per ea que supra dicta sunt / introducet populum
in terram angelus hoc facere et non ipse qui promisit poterat /
Quis autem et qui descendit ipse nobis deus dicit / Hec Joh. iij
ad nicodemum dicit / nemo ascendit in celum nisi qui

Descendit de celo filius hominis qui est in celo, et qui nec dum in celo
cum carne ascenderat / nec dum carnem assumpserat / Sed descensionem
et ascensionem proximam dicit, de qua sicut scriptum in moyse locutus
est, vidi afflictionem populi mei / et descendi liberare eos de manibus
Egipciorum / Hec ergo nobis et ea que sequuntur dedit. Qui confregit
catenas cervicum vestrarum ... per quam legis hec, ut incederetis
erecti. ... cum confidencia quam dominus nobis sine aliqua hesi-
tacione operari dedit. Quod si non audieritis me nec feceritis manda-
ta mea si spreveritis leges meas et iudicia mea contempseritis
ut non faciatis ea que a me constituta sunt, et ad irritum perduca-
tis pactum meum, ego quoque hec faciam vobis / visitabo vos velo-
citer in egestate et ardore qui conficiat oculos vestros / et consumat
animas / frustra seretis sementem que ab hostibus devorabitur /
ponam faciem meam contra vos et corruetis coram hostibus vestris
et subiciemini hiis qui oderunt vos, fugietis nemine persequente /
Que bona eos qui obediunt dei mandatis expectant / sufficien-
ter supra dixit. Que autem evenire transgredientibus comminata
est ea que nunc sequuntur ostendunt. Audivimus quid ad literam sin-
gula destinent / inveniemus populum iudeorum horum passum
quedam secundum literam, omnia autem secundum spiritum / Quod si non audieritis
me nec feceritis mandata mea: si spreveritis leges meas et iudi-
cia mea contempseritis ut non faciatis ea / que a me constituta sunt
et ad irritum perducatis pactum meum. Qui non audiunt mandata
dei / et qui iudicia contempnunt / nisi qui tradicionem seniorum intendunt
et legislatoris intencionem transgredientes / ad hoc legem eius videbantur
legem exponebant / qui dicebant sicut ait dominus: Quicumque dixerit pa- Mth xv
tri aut matri munus quodcumque est ex me tibi proderit, et non honorificabit
patrem suum aut matrem suam / ... quicumque dixit parentibus vota
sunt deo ea que habeo ... ea munus et oblacionem obtuli eis
que generaverunt honorare non cogitur, qui sunt qui non eius
Mth xxiij omnia faciunt mandata, nisi qui anetum et ciminum decimant et
mentam / relinquunt autem iudicium et misericordiam et fidem, cum de-
cies per prophetam dicat / indicabo tibi homo quid deus querat a te vide-
licet facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum deo
suo. Propter quod dominus ad eos inquit non omnia implentes legis precepta
sed que eius sunt gravia relinquentes, et que minima agentes
decimabant / Hec oportebat facere et illa non omittere. Sed et mandata
dei illi nunc transgrediuntur, et eis maxime inobedientes sunt quia
... eorum ... autem intencionem dei construunt / plane ergo
Aquila et Theodocion et Simmachus ... Nam
ille quidem ait: Si constituta mea reprobaveritis. Alii autem: Si subtilitates meas renuitis
~~[illegible]~~ / Dogmata autem dei et subtilitates
que in spiritali mandatorum intellectu erat transgrediuntur
qui ... testamento concordat infirmare ... graviter prophe-
tis ... / qui eos arguerunt ... Et ad irritum perducatis pactum meum

Quod autem per hoc innuatur est, innuit enim similis pena est
incredulitatem eorum. Ergo quoque hic faciam vobis quod vestra
[illegible] vos velocitat in necessitate, innuit enim cognitus eos dominus per
verbum suum fecit, intuitum ut admirentur dicitur; durus est ser- Ioh vi
mo hic, quis potest eum audire. Erant ergo sponte legis intel-
lectum suggrediebantur, ut evangelium [illegible] in irritum
deducant, qui illum habebant exordium. Hic eis et ipse ob-
scura verba dicebat et difficilia suorum dogmatum, faciebat
comprehensionem; etiam que sequuntur agnoscere ardorem qui con-
stringat oculos vestros, sive secundum lxx scabiem et morbum
regium collirium oculos vestros et animam vestram disturbe-
tur. Scabies autem morbus est corporis sed manifestus in superfi-
cie carnis et corio eius decurrens. Morbus autem regius est
ceteria, sic quidam interpretationem. Manifestus autem esse hic est
in superficie carnis et pellis decurrens, et multo magis ocu-
lis insedens; latere autem eorum morborum neutrum potest.
Tales erant animarum iudeorum morbi manifesti et mali
et nequaquam ultra latentes. Emulantes enim domini verbis et
miraculis non tam morbos suos abscondere poterant, sed cla-
mabant palam atque predicabant: Quid facimus quia hic Ioh xi
homo multa signa facit, si dimittimus sic omnes venient
Romani et tollent nostrum locum et gentem. Ergo non quia
legi aut prophetis contraria docebat, nam minus eis eo
propria docuit, sed sui amoris causa, sui quoque causa negocii
sermonibus eius non obediebant. Hoc ergo prurigine morbi
oculos suos constringebant, et animas consumebant, non solum
exardescentes livore et invidia corrupti. Sed ut semel in-
ma mente et cogitationibus non minus sanas ad destructionem
factorum doctorum vel habentes in dominica verba
et miraculis interiores suos oculos constringebant, et animam con-
sumebant ita ut adeo clamarent: usquequo animam nostram Ioh x.
tollis, si tu es christus dic nobis palam. Ecce utique anime
infidelitatis consumptione subtracte erant. Sed et Iohannes Ioh xii
hoc de eis dicit: propterea non poterant credere, quia rursum
dixit Ysaias: Exceca cor populi huius, et aures eius aggrava Ysaye vi
ne quando oculis suis videant et auribus audiant et corde
intelligant. Recte quia quemadmodum fecerunt ipsi, sic et deus xps
eis fecit. Quia enim eius verbum facere partium sine tempera-
mentum studuerunt, recte eorum oculos et cor excecavit
et ardorem sive ictericiam constringentem oculos eorum et ani-
mas consumentem eis dedit. Sed quod hic additur, sensura se-
curis servientes que ab hostibus devorabuntur, sensura enim il-
lis prophetarum et legis prestiterant semina et doctrinales illuc
seminant sermones non habentes terram fertilem ad intelligi-
bilium dogmatum sensum, unde nec cibo eorum fruuntur Mth xxiii

Et deprecantur eos adversarii eorum qui in Christum credunt quos ipsi sibi
per infidelitatem et invidiam contrarios fecerunt. Et ponam faciem meam
contra vos / secundum propheticam illam vocem / vultus autem domini super
facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum. Et corruetis coram
hostibus vestris. Gentiles enim quos inimicos sibi indicaverunt coram eis cadunt
in salute eorum offendentes / unde Symmachus praedicare / offendens au-
tem inimicos vestros. Quod autem et aliud addidit / persequentur vos odio
habentes vos / et fugietis nullo persequente / hoc quidem contrarium
esse videtur quod dictum. Si enim ab hostibus persecutionem patiuntur / quomodo
nullo persequente fugiunt. Sed persequentur vos non ad expellendum legis-
lator accepit. Sed quia credendo minuerunt ad salutem eorum festinan-
tes / unde persequentur vos in servitutem redigent vos. Symmachus erudi-
unt in vobis / Theodotion edidit. Tale in nobis autem et Paulus per-
secutionem demonstrat. Sequor autem si comprehendam / in quo et comprehen-
sionem. Gentes autem etsi eum legunt de iudeis dicunt / hoc eius
te oderunt deum / odiam illos. Unitatem eorum instat saluti festinat
quod et ipse orat / Sed cum quia assumptio eorum sicut dicit autem Pau-
lus / vita est ex mortuis / et plenitudo eorum salus mundi / hii autem
fugiunt nullo persequente / non enim quaerunt illi nec saluti invident
sed et nos illorum / unde eos nec persequimur / nec tamen nos adversan-
tur. Sed implemus quod Isaias propheta dixit / dicite odienti-
bus vobis fratres nostri et abhominantibus / ut nomen domini glorificetur / et
videatur in laetitia vestra et illi confundantur. Sin autem nec sic obedie-
ritis mihi / addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra et
conteram duritiam superbiae vestrae / dabo quoque caelum vobis desuper sicut
ferrum et terram aeneam / consumetur in cassum labor vester / non profe-
ret terra germen nec arbores poma praebebunt. Si ambulaveritis ex
adverso mihi nec volueritis audire me / addam plagas vestras usque
septuplum propter peccata vestra. Emittam in vos malas bestias agri
quae consumant et vos et pecora vestra / et ad paucitatem cuncta
redigant / desertae quoque fiant viae vestrae. Quod si nec sic volueritis reci-
pere disciplinam sed ambulaveritis ex adverso mihi / ego quoque contra
vos adversus incedam et percutiam vos septies propter peccata vestra. Inducam
quoque super vos gladium ultorem foederis mei. Cumque confugeritis ad urbes
mittam pestilentiam in medio vestri et trademini hostium manibus postquam
confregero baculum panis vestri ita ut decem mulieres in uno clibano co-
quant panes et reddant eos ad pondus et comedetis et non saturabi-
mini. Talibus distinctionibus non frustra legislator usus est / ha-
nc quod ait: Sin autem nec sic obedieritis mihi / deinde quasi corre-
ptiones denumerans subinfert: Si ambulaveritis ex adverso mihi.
Et rursus alias plagas exponens addidit: Quod si nec sic volue-
ritis recipere disciplinam sed ambulaveritis ex adverso mihi. Sed ideo ut
diximus his distinctionibus usus est / quia frequenter eius scriptura
populum increpare voluit / illi autem non obediebant / ita ut ad
eos clamaret Jerusalem Jerusalem quae occidis prophetas / et lapidas
Math. xxiij eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos sicut
gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Illud ergo

maxime in his que dicta sunt attendamus. quia cum septies correpcio
nobis comminata esse fuerit sic eos subdidit Conteram duriciam superbie
et rationem celi sicut ferrum et terre eneam et incassum eorum consumi laborem
et terram non prestare germen / nec arbores poma prebere minatus est / Hec
autem sex sunt non septem / hoc ergo autem invenies et reliquas correpcio-
nis parientes Ergo in hoc manifestum est quia septenarius numerus re-
cens presentis loci figura et signum est que per septenarium numerum vol-
uit / Et quia septem ex eis correpcionis sive benediccionum vel plagas
instare cummulatam penam et integram benediccionem utpote inveni-
enda nec penitencia digna peccantibus minatus est / ita ut simul
in eis illud appareret / propheticum Naum / Quid cogitatis contra dominum Namque I
consummacionem ipse faciet / non consurget duplex tribulacio quia sicut
spine se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potan-
cium consumetur / quasi stipula ariditate plena. Ex te exivit / cogitans
contra dominum maliciam mente pertractans prevaricacionem / A quo autem
cogitacio contra dominum egressa est mala cogitans / et contraria
preceptis eius / nisi populo Iherusolimitano / de quo Ysaias dicebat Ve /
illis qui consilium cogitant malum contra semetipsos dicentes
Circumveniamus iustum, quia inutilis est nobis / fructus ergo labo-
rum suorum manducabunt Intende autem ordinem quo utitur le-
gislator ad comminacionem Sin autem nec sic obedieritis mihi addam cor-
repciones vestras septuplum / propter peccata vestra Hec autem cedamus Di-
xi ergo adhuc si non audieritis me usque ad hoc ad quod peccancia ostende-
runt / ubi egestatem ardoremque dixit que quid oporteat accipi in
precedentibus exposuimus Si ergo usque adhuc inobedientes fuerit-
is nec ex eis que dicta sunt emendentur septies illos dixit cor-
ripi ubi perfecta correccionum in peccatis eorum exerere Quinque autem
non dixit sed eorum peccata hoc ipsum quod non emendati sunt ex pre-
dictis intelligamus et quod addidit Et conteram duriciam
superbie vestre / non voluerunt enim cum libertate suscipere dicentes
Disrumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum pth viii
Deleverunt abstrahe summus et nulli serviemus unquam / Hanc eorum du-
riciam superbie contrivit ; Servire eos gentibus faciens / Dabo celum
vobis desuper sicut ferrum / Nullam enim ex eo visitacionem penitus
sunt adepti et terram eneam Terram enim divine scripture quam pos-
sident infructuosa eis est / ut non ab eis intelligatur quo opus / non
ergo enea prestata est / ad eius rei ostensionem addidit Consumetur
incassum labor vester / labor enim quem in divinis scripturis ostendunt
manducantes tradicioni legis incassum consumitur. qui plene non pos-
sunt legem secundum literam ut ablato loco in quo lex divinum divi-
num cultum legis conclusit Dominus ergo convenit quod sequitur
non dabit terra germen suum / nec arbores poma prebebunt Neque
enim exterior eorum homo qui appellatur terra sanctificat quia
in astrimargia vivunt et de eis dictum est Quorum deus venter est,
ta gloria in confusione eorum Sed nec mentes que sunt agri
ligna sicut utpote que corpori sunt tamen eo excelsiores fructum
dei prebent, quod geminare hos impietate voluit Si ambulaveritis

Ex adverso mihi, neque cum recto corde ad deum accedunt. Contemnunt enim
eius mandata legis et prophetarum sensus subvertentes, ut suam inobedientiam
per hoc atque prevaricationem colerent. Propter quod infert: nec volueritis audi-
re, addam vobis plagas vestras usque ad septuplum propter peccata vestra
non iam correctionis sed plagas validiores, non penam precedenti et
equalem eorum iniquitatibus exponens quam habent. Et immittam in
vobis malas bestias agri que consument vos et pecora vestra et
ad paucitatem cuncta redigant, deserte que fiant vie vestre. Quia enim
sanctiores a deo ira repulerunt, recte super eos bestias agri demones
inmittuntur, dominari eis permissi qui eos et consumunt. Quicquid
enim videntur iniustitie agere, deus sibi non imputat, quod demonstrat
paulus dicens: iustitiam suam querentes constituere iustitie dei non
sunt subiecti, et … aut secundum legem iustitie in legem
iustitie non pervenit. Necesse est ergo ut eius comedant demones
qui eorum pectora, id est pecoribus similes homines, pravi vide-
licet populum atque imperitum consumunt. Hi quidem nullus est in il-
lis intellectus, nichil de summo dignum cogitare consueverunt. Quod
… inventa in modum ferri … posteriorum … traditio-
nibus ducuntur. Propter quod sunt demonum cibi. Et ad paucitatem
rediguntur tam multitudine quam dignitate, deserte quoque eorum sunt
vie, quippe que nec aquam habent vite, nec … …
sive hospitalitatem intelligibilem, nec venientes … quasi ad
manum ducentes, aut custodientes. Quod si nec sic volueritis
recipere disciplinam, sed ambulaveritis ex adverso mihi, ego quoque contra
vos adversus incedam, adversa pena utar, quemadmodum adversa est legi
vestra prevaricatio cum enim arbitrari eam videamini intentionem
eius non servatis. Hec et ego adversum vobis super inducta pena non vos
corripiens illis quibus flagellabam, prius quando … serpen-
tes et incendia et hec … et similia super vos inducebam, sed ali-
as. Que sunt autem hec sequentia legentes discimus. Et percutiam vos
septies propter peccata vestra, primo corripiam, deinde percutiam, prede-
dite pena utpote contra inobedientes fortior efficitur. Inducam
quoque super vos gladium ultorem federis mei. Gladius quidem quia verbum
dei, sicut … sequitur … hoc verbum in linguis. Et tunc magi-
ster eorum vindicavit … federis sive testamenti evangelici
… cum eos qui novum transgrediuntur, nec vetus custodire posse
et vindicatur. Evangelium enim umbra legis ostenduntur. Quia evan-
gelii gratiam transgrediuntur, sed et legislatoris sapientiam obstupescere
quos oportuit subdit: Cumque fugeritis ad urbes mittam pestilen-
tiam in medio vestri. Intelligibiles civitates prophete sunt, unum
… est autem ex quibus deus hieremie dicebat: Ego quip- Jheremie primo
pe dedi te hodie civitatem munitam, quemadmodum ergo in civitatem
munitas qui fugit, si amicus est salvatur. Si autem inimicus fa-
cilius capitur, … ambitu circundatus. Sic in prophetiis libris

Sed horum testimoniis animi fidei confugientes innumeri salutem
quam invenerunt / plurimi autem et infideles cito capitum perierunt / propter quod cum
ad prophetas iudei fugiunt declinantes eum qui est in doctis verbis spiri-
talem gladium pestilenciam aut se mittere in medio eorum illic eum
moriuntur etiam nullo arguente / non valentes auctoritati de eo prophetarum
sit aperte repugnare Et trademini hostium manibus videlicet intelli-
bilium / pro qua confregero baculum panis vestri / Caruerunt enim apud
eos doctoralis panis maxime salutaris quomodo autem / audi que
secuntur Ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes et
reddant eos ad pondus et comedetis et non saturabimini / nichil enim
Iudei sunt vacui a bo iudei quod doctrinam vires habere nutriendi faciat / excepto decem pre-
ceptis / quia veram prophetarum expositionem / utpote concordantem salu-
taris nostre dispensacioni fugiunt Reliqua autem legis nolunt intelli-
gibiliter accipere / nec spiritualiter suscipere / sed secundum literam solam
cetera sunt vetera non possunt intelligi ad literam Nota 1 quod stare non potest primum quia locus destructus est in quo erant
sacrificia et mundaciones / et oblaciones et reliqua que pertinent ad
servitutem legis / deinde multa in eis erunt / non tam studio quam rerum
2 signa / veluti ea que sunt de lepra parietum / trabium / vestium
vel arari cum bove et asino / et similia que legalibus tradicionibus
continentur / decem mandatorum autem non litera clara est / Signa
ad custodiendum atque operandum nec contrarium est sabbati man-
datum / quia et si decem mandatis insertum est / non tamen opus
est Si ergo mandatum speciale ponamus Ego sum dominus deus
tuus qui eduxi te de terra egypti / de domo servitutis / perfectum
decem mandatorum numerum invenimus / de hinc aperte que
est intelligibiliter significat / in qua nullum opus huius mundi
et nos agere / Hec ergo sola panem operantur populo iudeorum
iubilanti uno legali videlicet et reddunt eos ad pondus sup-
sit eos panes idest adspersibiliter dispensionem neque enim dilatam
exprimam sicut erudiam nec adulterii doctrinam extendunt ad custodiam
ne quidem reprimendi iniuriarum nec homicidii ac ne quidem fratern-
um / unde nec saciantur predictis panibus / qui ex eis sunt
nutriti / attamen quandam doctrinam nichil quam habentem vel sectam
spiritalis quam legis statutis sumentes Si autem nec sic audieritis
me sed ambulaveritis contra me / et ego incedam adversum vos
in furore meo contrario / et corripiam vos septem plagis propter
peccata vestra ita ut comedatis carnes filiorum vestrorum et filiarum
vestrarum / destruam excelsa vestra / et simulacra confringam
Cadetis inter ruinas ydolorum vestrorum et abhominabitur vos
anima mea / in tantum ut urbes vestras redigam in solitudinem
quam deserta faciam sanctuaria vestra / nec recipiam odorem ultra
suavissimum / disperdam quam terram vestram Et stupebunt super eam
inimici vestri cum habitatores illius fuerint / Hos autem dispergam

in gentes, et evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta et ci-
vitates dirute. Tunc placebunt terre sabbata sua cunctis diebus so-
litudinis sue, quando fueritis in terra hostili, sabbatizabit et requiescet in
sabbatis suis, quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanserint
dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium; terrebit eos
sonitus folii volantis, et ita fugient quasi gladium, cadent nullo se-
quente, et corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Nemo
vestrum inimicis audebit resistere, peribitis inter gentes, et hostilis
vos terra consumet. Quod si et de his aliqui remanserint, tabescent
in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, et propter peccata pa-
trum suorum et sua affligentur. Donec confiteantur iniquitates suas
et maiorum suorum, quibus prevaricati sunt in me, et ambulaverunt
ex adverso mihi. Ambulabo igitur et ego contra eos, et inducam illos
in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum. Tunc ora-
bunt pro impietatibus suis, et recordabor federis mei quod pepigi cum
Abraham et Ysaac et Iacob. Terre quoque memor ero, que cum relicta
fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem
propter illos. Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis, eo quod abiecerint iudicia
mea et leges meas despexerint. Attamen cum essent in terra hostili, non
penitus abieci eos, neque sic despexi ut consumerentur, et irritum facerem
pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum, et recorda-
bor federis mei pristini, quando eduxi eos de terra Egypti in conspectu gen-
tium, ut essem Deus eorum. Ego Dominus. Vere non solum legis-
lator Moyses, sed et propheta erat, quod demonstravit de eo pro-
pheta: Prophetam suscitabit Dominus de fratribus vestris
sicut me. Bene autem sibi eius similitudinem introduxit, quia propter alia
in quibus similitudinem eius gerebat, quemadmodum Dominus de fine mundi di-
xit, ita et hic ea que futura erant populo iudeorum in presenti le-
ge conscripsit. Multas siquidem fecerant captivitates, multaque
flagella pertulerant, sed ea que nunc propter patres dixit, ad illam captivitatem
pertinent, que propter iniquitatem in Christo commissam a Romanis depopu-
lantibus eis contigit. Cognoscis autem, si subtiliter nosse vis, ea que eis
evenerunt ex Iosephi hystoria, in qua eos et filios comedisse et
reliqua presentis comminationis sustinuisse describit. Quanto vero plura
et nunc historiis [illegible] adiacent insolubilia. Deserta eorum terra,
civitates desolate, ab hostibus depopulata provincia, ipsique peregrinantes
apud inimicos suos gentiles cum metu continuo vivitant, quemadmodum
nos plenius hec secundum literam impressi sunt; sed ad spiritualem considerationem
veniamus. Duplicaverunt enim peccantes in legis transgressione et legis latoris
blasphemia, duplices et penas iure patiuntur. Quod hoc modo
dicitur: ambulaverunt cum eo ex adverso, subvertentes miracula eius, de-
trahentes et eum principem [illegible] [illegible] tamquam contra deum
agentem, divini amoris doctorem fallacem asserebant. Sed et ipse in i-
ra eis adversus effectus. Hoc eis nunc usus est. Prima enim indicium fuit
et pena commisse in eo iniquitatis captivitas, quam sustinuerunt.
Prima non tantum [illegible] Romanos irruere fecit [illegible] cum eius
vindicabant gloriam [illegible] qui eorum imperio resistebant [illegible]

prideum cultores eorum fuissent, tributis quoque et legibus atque magistra
tibus obedientes | sed furore, quibusdam exercentes adversus eos, deus super induxit
contra eos iram, ut vindicarentur per Romanum imperium | tamquam ipsius
vindicatores qui contriverunt et corripuit eos vii plagis secundum peccata
eorum multiplicans eorum penam et ipsi uno eorum in eo reman-
serunt | quia nec ipsi uno peccaverunt nec deum et carnes filiorum
suorum et filiarum suarum comederunt | nec discipulos suos quos
quasi in filios sibi assumunt ad eandem doctrinam | verbis callidis ani-
mam quoque corrumpentibus comedentes | sed et excelsa eorum ad destructionem
perduxit et simulacra confregit. Excelsa quippe eorum sunt prin-
cipes et doctores | quos intuentes sicut in sublimi constitutos | ut
sicut hec statuas vitam suam componere debuerunt | sed quia nil
habebant sanum neque forte | sed infirma omnia et corruptibilia velut
scemata et imitationibus que tempore corrumpuntur atque putrescunt unde
et apud hec lignea manu facta dicebantur | desolavit ea arguens
eorum vanam ypocrisim. Cum ipsis autem et populares qui in eos
intendebant posuit quoque cadavera eorum in ruinas ydolorum ipsorum
id est membra populi | et actiones eorum inanes super actiones ydolorum
ipsorum phariseorum atque scribarum quibus sicut ydolis utebantur re-
linquentes deum et illorum seductionibus intendentes. Propterea ait ab-
hominabitur vos anima mea quia in nobis posuit ut nos destrui-
te peccatorum mortisque redimeret | Hec ergo iudeos abhominatur
atque in perpetuum est [illegible] quia eius corpus [illegible] ad eos pervenit
adversum perduxerunt [illegible] domini [illegible] | Propter
quod urbes eorum redegit in solitudinem. Fecit quoque deserta sanctuaria
nullum enim inveniunt de prophetas libris sententiam neque aliqua sancire
testimonia valent | nec recepit odorem suavissimum | neque enim suscepit
eorum orationem | dispersit quoque terram eorum omne vetus testamentum
non quia ipsum ex toto desolavit | sed illis desolatum et [illegible] fecit
habitare autem in ea fecit gentes | Propter quod ait Stupebunt super ea
inimici vestri cum habitatores illius fuerint gentes si quidem in-
imici sunt iudeorum quia illi elegerunt [illegible] habere cum
deo. Et eum illius quos Paulus inimicos esse crucis vocat habi-
tant autem in iudeorum terra in veteri testamento et habitantes sen-
tiunt enim qui in lege et prophetis talia locutus est. Qui vite il-
lis fundavit exordium insuper ait: Vos autem dispergam in gentes
non solum sensibiliter hac dispersione sed et intelligibiliter | Quia nec sic
hec dixit. Et evaginabo post vos gladium. Erit quoque terra vestra de-
serta et civitates diructe | Deus enim verbum quod est spiritus gladius
ubique insequentibus decurrens et omnem terram circumdans consu-
mit iudeorum filios et dispersit eos de sectis dei | ostendens quod
nullam cum eis communionem habeant. Nunc deserta terra et ci-
vitates expulsis eis de habitatione sua invenimus nec place-
bunt terre sabbata sua cunctis diebus solitudinis sue quando fue-
ritis in terra hostili sabbatizabit et requiescet in sabbatis so-
litudinis sue | eo quod non requieverit in sabbatis vestris quando ha-
bitabatis in ea. Terram esse intelligibilem scripturas dei et eo-
rum [illegible] que in eis est sepe ostendimus. Quando iudeorum quando vetus

testamentum gentium autem que inimice sunt iudeis nouum, quia ergo sabbatum
vacationem significat, iudeis maxime hoc nunc euidenter legislator innuit
quia nunc nihil inueniunt ex lege et prophetis quod ipsi facere volunt. Sed
deserta eorum pene quam supplere lex potest facti sunt in terra inimicorum
suorum idest in euangelico testamento, facti sunt autem et si non sponte, tamen
de necessitate ipsius enim et volentibus sacrificia et purificationibus azimorum
tabernaculorum solemnitates et reliqua cessare fecit, difficultatem pariens
in meditationibus eius discedunt. Et hanc vacationem pro sabbato suscepit
et ab eis sancta scriptura nimis ex eis erat sub horum sabbatorum vaca-
tionem placebit. Num et quia non est speciosa laus in ore peccatoris
Sed et erit. Et qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus
eorum in regionibus hostium terrebit eos sonitus folii volantis, quot
quot enim ex eis relicti sunt adhuc studentes scripture sacre, pauentes
in terra inimicorum suorum in nouo testamento, sicut diximus. Timent enim
de sanitate et corde cecato corruptione eius, et completur in eis illud
trepidauerunt timore, ubi non erat timor, propter quod et admirans legisla-
tor ait Terrebit eos sonitus folii volantis, folium legis literam appel-
lans, Timent enim eos sonitus persequitur, et timorem mentis eis incutit
quia ubi gratiam audiunt custodiendum diem sabbati, vident autem nos
nihil de eodem mandato despitabile facere neque terrenum neque a cul-
tura terre, sed a mala actione vacationem docentes, ostendunt in nobis
et commiscetis nobis fugiunt, folium autem recte legis literam accipimus, quia
quemadmodum arborum fructus folio tegitur, sic sub legis litera spiritus ab-
sconditur, propter quod de spiritu dictum est. Si uindemiatores ingressi
fuissent in te, saltem reliquissent racemum tibi, inducamus folium litere ut
fructum spiritus inueniamus, Hii autem qui hoc ignorant, sicut inimicos
nos habent et fugiunt nos sicut qui fugit gladium et cauet nullo
sequente neque enim nos eos persequimur sed ex sui cordis duritia persecu-
tionem patiuntur, nam uide quid subdidit. Et corruent singuli super fratres
suos, quasi bella fugientes. Cadunt enim cum eis loquimur, et legis prophe-
tarum quoque testimonia contra eos de cristo et euangelicis mysteriis proferimus
[illegible] alii quidem hoc, alii autem illud dicunt. Et vnusquisque super fra-
trem infirma enim omnes dicunt et consistere propter hoc in alterutrum non
valent verbis, et conturbantur quasi bella fugientes nullo sequente, Nos
autem non persequimur eos nec ut noceamus, sed ut vincamus atque lucremur
eos disputamus cum eis, quid ergo hinc patiuntur. Nemo vestrum
inimicis audebit resistere, peribitis inter gentes et hostilis vos terra
consumet. Consumit enim eos euangelicum testamentum, totam eorum
conterens erroris substantiam, unde nec resistere inimicis suis,
qui saluantur per fidem possunt. Sed et perierunt inter gentes, in lapi-
de angulari offendentes. Et nec legis quidem literam respicere volen-
tes utpote qui interna non habent fiduciam. Quod etsi de hiis ali-
qui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum
suorum. Quamuis enim de eis qui conuersi sunt remanent, permanent
in legis studio. Et hii propter peccata sua que in terra inimicorum suorum
idest in euangelico testamento sermonis quod diximus propter transgressionem
eius perierunt, hec sunt enim nobis omnibus, peccata que in eo com-
mittuntur, et propter peccata sua et propter peccata patrum suorum quod preuaricati sunt

Et despexerunt me. Ita enim que nunc eis evenerunt, patrum peccatis as-
scribunt, propter quod et tabescent in eis, pro eis confitentes, quia peccata
li sunt illius in temporibus anterioribus, non bona hoc iure, sed mala fa-
cientes, ut penam que super eos venit propter iniquitatem quam in eo co-
miserunt molliant, utrum inferet. Et ambulaverunt contrarium mihi, am-
bulabo igitur et ego contra eos, et inducam illos in terram hostilem.
Quia adhuc enim illi reputant illius circumvenire contrarium ei ambu-
lantes et alia pro aliis interpretationibus legis et prophetarum que con-
firmant eum inficiant dicentes. Quod est adversarium prophetis, et sic et
ipse ambulabit cum eis adversus, et inducet eos in terram hostilem
ubi in evangelio quod gentibus dedit. Ex quo duobus modis penit
primum quia iudaicam iustitiam deserunt, deinde quia apud gen-
tes est, quibus emuli sunt et contentioso adversus eas animo salva-
ri non volunt, ita ut deus per moysen diceret: Ad emulationem vos ad-
ducam in non gente. Paulus autem: Secundum evangelium quidem inimici
propter vos, rursus: Sicut enim vos cum inimici essetis reconciliati
estis deo, sic et hii nunc non crediderunt in vestra misericordia. Tunc
erubescet incircumcisa mens eorum, et tunc orabunt pro iniquitatibus
suis. Tunc ut hoc et peccata sua placata habebunt, id est penas
quas patiuntur pro peccatis. Sicut enim quod dictum est in osee intelle- Osee iiii et q. i. Nulli
gimus: peccata populi mei comedent. Quod autem hoc est in subsequ-
entibus manifestavit: et ad iniquitatem eorum sublevaverunt ani-
mas eorum. Ergo peccata populi comedere est, pro eis penas
suscipere, digna que se pati peccatis suis dicunt. Et si quedam
peccata sua confitentur, quedam tegunt, que in crucem commiserunt.
Et recordabor federis mei quod pepigi cum iacob et ysaac et abra-
ham. Cuius rei gratia non secundum ordinem temporis et generis abraham
cepit, sed a iacob, vel cur hoc non dicunt Testamentum iacob et ysaac
et abraham, sed testamentum iacob et testamentum ysaac et testamentum
abraham, tria quedam testamenta innuentes, ut legem videlicet
et prophetas commendaret, et evangelium. Quorum quia antiquior
lex est, secundo vero loco prophete, novissimum evangelium ostendere volue-
runt. Quia evangelium etsi novissimum a gratia sed a deo promittitur, at-
que ideo primus eius memoriam facit, primum iacob qui novissimus est
tempore et ordine mentionem facit. Cognationem autem inter se haben-
tia similiter coniunxit, et in illis in quibus legis prophetarum-
que mentionem facit, in hiis se evangelium dicit mentionem facere. Hu-
ius autem hoc ea que sequuntur confirmat. Terre quoque memor ero
que cum relicta fuerit ab eis, sive ut lex relinquetur ab eis. Er-
go quia benedictio maxima terre est, ideo in memoriam habe-
re diligens intelligibilem terram, id est, ubi suas scripturas et memo-
riam earum, et in oblivione relinqui illas a iudeis fecit.
Quia maliciose interpretantes, non bene meditabuntur, iniuriabat
eas, primum quidem dicentes et non facientes, deinde desperabiliter
interpretantes, et quod in eis erat optimum spiritualem intelligentiam

Regentes / unde et consequenter addidit Complacebit sibi in sabbatis
suis / ubi dum desolata ab eis remanet Gaudet cum deus lex iudeorum
sciens desolacione qua ipsi sibimet intulerunt / propter quod et solitudinem
illam pati propter eos dixit hij vero rogabant pro peccatis suis / eo quod
abiecerunt iudicia mea / et leges meas despexerunt / Impleta inquit
bona expulsa plebe iudeorum desertionis sabbatis provenerunt / nec ipse
eum nunciantur propter quod et gaudent in lege ab eis / neque cum ita re-
giunt sicut prius cum sint deserti / cum eque carentes presumpcione / sed
etiam ipsi peccatorum suorum et prevaricacionis divine legis / consci-
i effecti sunt / admirandum est etiam / quod ad totius sanctionis conclu-
sionem sanguinem quod addidit / et est intelligendum hinc apte qui in
moysi / ipse etiam in paulo et in omnibus apostolis locutus est / attamen cum
essent in terra hostili non penitus abieci eos / neque despexi / ut consume-
rentur / et irritum facerem pactum meum cum eis Ego enim sum do-
minus deus eorum / et recordabor federis mei pristini / quando eduxi eos de
terra egypti in conspectu gencium / ut essem deus eorum / ego dominus
Hec si non per singula exquirere / paululum lege / quia eos non despexerit
deus in terra hostili / unde in eterno testamento / nec consumpsit eos / ut
irritum faceret pactum suum pristinum / neque enim ad integrum illud dedu-
xit ex toto / sed et salutis spem reliquit / non omnibus autem / sed reliquiis
Sicut paulus ait presenti tempore / prophete testimonium Si fuerit
numerus filiorum israel sicut arena maris reliquie salve fient / de
eo ergo nunquid repulit deus plebem suam absit Recordabitur ergo
federis sui pristini / quando filios israel de terra egypti eduxit Et in quo re-
cordabitur ut esset eorum in conspectu gencium / ad quorum manifesta-
demonstracionem sufficiunt ubi hec apostolice verba sapiencie / non enim vo-
lo vos ignorare fratres misterium hoc / ut non sitis apud vos metipsos sa-
pientes quia cecitas ex parte contingit in israel / donec plenitudo gencium
introiret / et sic omnis israel salvus fieret / bene ergo ad totius verbi con-
clusionem dominus dixit Ego dominus deus qui omnem hominem salvum volo / at
ideo etiam iudeorum licet post tot iniquitates salvaturus reliquias / Hec
sunt precepta atque iudicia et leges quas dedit dominus inter se et filios
israel in monte synai per manum moysi / non etiam intendas que dicta
sunt / conclusionem cum verbis suis legislator adiecit / Quoniam usque ad
certum tempus firmam velit esse legis literam sine aliqua dubita-
cione manifestavit / iudeorum obstinacie ob temeritatibus hac lege
uti etiam nunc quando tempus non habent / iam veniente eo qui finis
est sicut misterii latens legis literam acquisivit Et hinc moysen
desinens ministrare / ipse veniens ad illam perfectius introduxit
Iudicia ergo secundum quod semel diximus / proprie dixit que deo in-
terrogante de quibusque cupimus que ignorantes interrogaverunt dicta
sunt / precepta autem que non hoc modo sed semetipso legislator nullo
interrogante sanxit / deinde sacramentis totius sanctionis dispensacionem
complecti volens subdidit Et leges quas dedit dominus inter se et inter fi-
lios israel / propter quod et reliqui interpretes exceptis lxx leges ediderunt

leges edidunt

differentia legis negocia. Ubi hoc demonstrare cupientes David autem
est quod dixit ecce nisi quia procul dubio usque dum ipse veniat de quo
ait Ysaias: ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi ceco- Ysaye xxx
rum, et aures surdorum audient. Et quecumque nulla prophetia contine-
tur, tunc nequaquam ultra scrutandum suspicatus legis, sed quemadmodum
ipse exposuerit oportet legem custodiri, ad evangelicam gratiam translatam
et ad perfectiorem comprehensionem non ut ad litteram dicebatur, sed ut ad pru-
dentem interpretationem spiritalem quam sensum tractatur. Cur autem eos locum
significavit, ait enim: In monte Sinai, nisi quia cum David dicente,
Videbitur deus deorum in Syon. Et Malachiel: Subito veniet in tem- Malachie iii
plum suum dominus quem vos queritis. Et Syon species decoris eius,
Et rursus david — deus manifeste veniet. Et non et non silebit. Illam enim dei dispen-
sationem putemus tempore legis actam, unde hic tamen loci memoriam
fecit, quam ministrantis Moysi, ut ex hoc discerneremus, quia aliud
nobis adventum eius prophete promiserunt, qui nec in Sina nec
per mediatorem sed aperte factus est. Locutus quoque est dominus ad Moysen dicens
Cxxvii — Loquere filiis Israel et dices ad eos: Homo qui votum fecerit et spo-
ponderit deo animam suam sub estimatione dabit pretium. Si fuerit ma-
sculus a vicesimo usque sexagesimum annum dabit .l. siclos argenti
ad mensuram sanctuarii, si mulier xxx. A quinto autem anno usque
ad vicesimum masculus dabit xx siclos, femina x. Ab uno mense
usque ad annum quintum pro masculo dabuntur v sicli, pro femina
tres. Sexagenarius et ultra masculus dabit xv siclos, femina
x. Si pauper fuerit et estimationem reddere non valuerit, stabit coram
sacerdote, et quantum ille estimaverit et viderit eum posse reddere tan-
tum dabit. Plena sunt hec eius legislatoris verba prudentia
maxime oportunoque nata tempori. Quando enim oporteat agi que
minime in superioribus decipiens, nunc eius singularitatem ea pertinen-
tium ex toto vel ex parte per hec que dicuntur exponit. Et quid sit
perfecta vita, quid autem aliud in profectu constituta, quid incipiens ex
sanationis dei habeas. David vero qui virtutum opera celato perfecto quoque
peregit et infirmatus non tamen recedens ab ea, differentes etates
describens exposuit. Dicit autem sic: Homo qui votum fecerit et spo- Mt xii
ponderit deo animam suam, ille quamvis promisit animam suam
deo omnemque ei vitam suam offerre voluerit. Utrique Aquila et
Theodotion pro eo quod dictum est votum fecerit, si admirabi-
lem fecerit. Symmachus autem si separaverit edixit. Admirabile enim
vere est et valde beatitudini proximum, totum semetipsum quempiam
deo offerre ut animam suam ipso, vel sicut lxx honorem anime
sue domino. Ille ut offerat deo quem accepit ab eo apud eo anime hono-
david — rem, illum de quo David demonum insidias immensus dicebat, verum
honorem meum cogitaverunt repellere. Erit pretium masculi a
vicesimo anno usque ad sexagesimum annum quinquaginta sicli ar-
genti ad mensuram sanctuarii, sive ut lxx dicunt didragme argenti. Quin-
quaginta didragme sive sicli oboli sunt mille. xx enim obolos
esse siclum sive didragmam. Hic ipse in exodo dixit, ait enim sic de

ffilii israel iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus su-
is domino Quod autem dabunt dimidium sicli iuxta mensuram templi
vel ut supra didragme quod est secundum didragmam scilicet xx obuli
Sicli enim sive didragmi ideo nos iuxta mensuram templi vel secundum
mensuram sanctuarii reminisci voluit ad illum legis textum sub-
mittere nos cupiens in quo xx obulos didragmum continere sive siclum
ait cum adiaceret autem precipere unum siclum vel dragmam offerri non
se precipit sed sicli sive dragmi dimidium per hoc demonstrans quia pre-
ceptum in lege est ut quod secundum plenam litteram sed eciam secundum spiritum
intelligitur et legem debere oblacio unde et secundum xx ipsius didrag-
mas sibi convenit Dimidium autem offerri precipit ut ostendat quia con-
descendens sicut infirmis hiis qui legem accipiebant non perfectam ob-
lacionem imperfectum est quippe dimidium offerri precipit quod secundum sicut
didragma in hiis decem est obulis ut in xx [illegible] cum hiis [illegible] ma-
data sunt exigens ea duplicari id est secundum litteram et secundum spiritum custodiri
Illis autem in monte [illegible] sufficiebat et solam litteram custodire propter
infirmitatem suam et decem mandatorum offerre saltem sensibilia
implecionem atque actionem per quod suam eciam liberare animam de pecca-
torum servitute sensibilis [illegible] poterat Si quis ergo a vicesimo
anno est id est pubes fortis validus sufficiens omnibus virtutis operibus et
subire intelligibiles inimicos omnibus actionibus et operibus a xx eci-
limis et supra [illegible] unde qui de hac etate dicebat omnis masculus a
xx annis et supra omnis qui ambulant in virtute sua fortitudinis enim
maxime hiis qui illud agunt tempus in politicis testimonium perhibent
verbis ita ut potenti hac etate et currere valentem et arma portare
multumque habentem in agendo fervorem calorem quam [illegible] id est con-
versio et vita et retribucio que pro semetipso deo offert et promittit
l sicli sive dragme sed quinquagenarius enim numerus spiritualem signi-
ficat vitam quia in quinquagesimo die spiritus sancti adventus factus est
sed et in anno quinquagesimo liberacio fit omnis debiti et fit restitucio
multaque in eo alia bona iudeis per legem supposita sunt Quinqua-
ginta autem ait siclos vel didragma ut iterum duplicatur l et c di-
ceret dragmas fructum illum perfectum signans quem dominus bonam
Mt xiii terram fructificare exponens semini parabolam in xxx et lx et cen-
tum dividit huic enim numerum nullus homo potest transcendere
Centum autem viresque dragme duplicate obulos enim c dragmas que-
admodum decimus est millenarium numerum perficit in quo est [illegible]
queque perfectio sed celestium id est in corpore eorum que est illorum
habitacionum supra nos [illegible] sunt que est [illegible] corrupcionum et [illegible]
sequenciam in corrupcionem propter quod [illegible] dicebat vinea Cant viii
fuit pacifico in ea que habet populos tradidit eam custodibus
vir affert fructum eius mille argenteos Quos vir neque enim
omnes eum offerre possunt fructum consequentibus dicere mille in
pacifici et ducenti hiis qui custodiunt fructus eius mille in
pacifici id est Salomon [illegible] autem intelligibilis Christus est quia
Salomon pacificus interpretatur Unus ergo pacem generi huma-
no dedit ipsum decet precipue et perfectio et eos qui consistentes eius

Decantantur / et angelicarum pagina cursum Quibus millenarius
utpote perfectus deputatur / milia enim millium ministrabant ei, ait Da- Daniel vij
niel, id est celestes virtutes deo astantes exponeret. Et et David ait
Memor fuit in seculum testamenti sui verbi / quod mandavit in mille
generaciones / perfectionem divine legis et eorum qui legem percipie-
bant / per mille generaciones ostendens / a xx annis autem usque ad lx
annos / Intra hec enim tempora etas et intellectum perfectum et forti-
tudinem et filiorum procreacionem habet ut consensibilibus nos intel-
ligibilia cogitemus. Ergo qui intellectum maturum et perfectum habet
et fortitudinem, que intelligit agat / hic filios comparare alios deo
per suam conversacionem, vel doctrinam impendens potest / hinc pau-
latinum l siclorum perfectus factus est / et perfectionis corona, que
et martirum habebit et verum despectum / et omnem illam perfectionem
quam dominus dicebat dicens perfecti / sicut pater vester celestis perfectus est i Math v.
Hoc autem quando masculus fuerit / de quando femina fuerit / hoc enim hic
masculum dixit / femine autem erit estimacio xxx siclorum sive didrag-
me, ut sint dragme lx, sexagenarium videlicet tricenarium magnum
quidem et ipsum, sed antenario minorem / propterea et femine introduxit
personam, que minor est / a viris ergo et mulieres quando ad mensuram
plenam pervenerint huius facti fuerint ad perfectionem fortes possunt appel-
lari, utpote que suam transgresse sunt infirmitatem, intencionis quoque fortitu-
dinis resumentes / propterea et dominus deus in proverbiis dicebat, mulie- p(ro)v(er)b(iorum) ult(imo)
rem fortem quis inveniet. Cui ergo carnalis despectus decessit, alia autem
agit / perfecte que de omni carnali continentia lex corrigere
iubet / ei qui seculum carnaliter vivit / huius estimacio est xxx siclorum sive
didragme / de sexagenarius factus quem et paulus figuravit di- i Thi v.
cebat / vidua eligatur non minor sexaginta annorum per etatem in-
tegram quoque annorum manifestare valens / quas virtutes et actiones
exhibere debeat vidua / que deo eligitur que in divinis scribitur li-
bris et que potest in numero virginum celestis degere / propter quod
et subdidit insinuans quod non tantum ei de etate aut annis / quantum
de virtutibus / que per hec significantur cura erat / unius viri uxor
si filios educavit / si hospicio recepit / si sanctorum pedes lavit / si tri-
bulacionem patientibus subministravit / si omne opus bonum subsecu-
ta est. Et hec quidem perfectus et per omnia consummatus homo. Vide
autem et eum enim hoc decessit / sed tamen ad illud pervenit desiderat
a quinto autem anno usque ad vicesimum masculus dabit xx siclos
sive ut lex didragmas / hic enim qui nec dum quidem est perfectus
sensatum tamen homo dicatur et qui perficere cepit dei sensus eius
per numerum quinque annorum innuit quia in tot sunt innocen-
processus autem quia adinventum tendit et ad perfectionem a
quinque quoque annis et usque ad vicesimum annum est / viginti enim annorum
inter fortes et pugnare valentes numeratus est a lege / sic
numerorum liber ostendit / huius ergo erit precium xx didrag-
me, id est dragme xl, obvii quadragenarii / cuiusdam autem atque

Orationis profectum .xl. dragmarum numerus significat qua-
ter diebus ieiunasse Moysen et Heliam et ipsum dominum didicimus
quando a dyabolo temptabatur. Quadragentorum autem numerus quid
significat, aut quid demonstrat conversacionem ostendit quod scriptum
est in libro Regum. Quando redibant naves que mittebantur a Sala-
mone ad Ophiram dicebat autem eis. Et venit ad Ofira Sophir
que sonat interpretatum, et accepit inde auri quadringenta et xx ta-
lenta et adduxit regi Salomoni. Quid ergo sic sonat est sicut in ieiu-
nio et oracionum exercitii et profectu ad illam vitam ad quam Moyses
et Helias sunt consistentes ieiunio atque oracionem ceteras alias virtutes pro-
vecti sunt. Quibus et diebus insinuare senectutem perfectionis et signa se-
nectutis humano nascendi ieiuniis et orationibus sive conversacionibus pu-
ericiam fecit. Quindecim ergo sensatus quidem est et prosperitate incipit
non tamen nimis sed medie ut per presumpcione conversacionis ieiunii [illegible]
possit ornari. Huius precium decem siclis didragmarum vel xx dragmarum
et obulorum quadraginta est in custodia eius x mandatorum que
duplicantur secundum literam, et spiritum conversacio huius est ut quasi ie-
iunium non est perceptum. Sublimior enim est ad eam pertinens con-
versacio que legislatores et prophetas, et omnes qui perfecerunt decet, et
ut dominum quando conversacio eius habet perfectionem, quibus enim habet
mansuetudinem, perfectam per caritatem que est in eis zelo, et ponit
tamen ad perfectionem, quia autem mandatorum secundum litteram et spiritum
custodia decem didragme que sunt obuli et recte putatur, ad
memoriam autem tuam revocat sermo que excercitatus centorum viij° ca°
tempore protulimus, mille tui pacifici et cc hiis qui custodiunt
fructum eius. Vineam vineam de qua in Paralipomenis dicebat
vinea fuit pacifico mea que habet populos. Unde non custodie-
runt iudei, preter quod pro uvis spinas pullulavit, sed et vindemia-
tum omnes qui transeunt viam. Qui custodiunt autem fructum in
ducentis vel in xx dragmis duplicata custodia mandatorum
sicut diximus secundum literam et spiritum inveniuntur. A b uno autem mense
usque ad annum quintum pro masculo dabuntur v sicli, sive quinque
didragme pro femina tres. Unius mensis intelligis eum qui
nunc est genitus in fide ad quem Petrus dicebat. Sicut modo geniti I pet ij
infantes rationabile sine dolo lac concupiscite ut crescatis in eo
contrasse in salutem, si tamen gustastis quia dulcis est dominus. Huius precium usque ad
quinquennem etatem vel conversacio et vita quinque didragmarum
dicentur vel decem dragme obuli autem centum. Conversacio ergo
modo geniti quinque didragme sunt, ut in ministeriis duplices
sensus habeat, vel ut que sensibiliter audit, hec intelligibi-
liter suscipiat. Sic ceteris videns et gustans et odorans et
tangens reddat eum hec eis absque affectionem, preter quod et centum
obulorum precium habet, numerus autem sic dictus est perfectus est

Ergo procul dubio eum qui nunc mysteriorum particeps effectus est / necdum ad agendum processit, sed in fide interim probatur sicut adhuc infantulum et necdum tempus ad ostensionem virtutum habentem demonstrat. Si autem minor is qui talis est fuerit / ita ut contineatur in eo feminae persona / minor autem est ut simplicior et non valde discretus / huius ergo precium est tres didragme fides patris et filii et spiritus sancti / ut non haec superficialiter sed corde credat sicut ait paulus. Ore autem confitetur ad salutem. Dicit enim haec tria non solum confitentur lingua / sed et fide creduntur fiunt sex dragme / sit autem et huius talis fidei ad perfectionem mediocrem. Tres enim didragme sex sunt dragme / vi autem dragme sexaginta oboli / hic autem talis numerus mediocrem perfectionem signat / propterea et amplius ipse peccatorum multitudo quod sunt sexaginta miriades numerum habuit. Sensibilis enim Israel habebat quidem et mediocriter perfectos qui in lege consistentes evangelicam conversationem aliquatenus agebant. Sunt autem quibus mediocre legis et phariseorum erat studium propterea et similiter miriades erant. Sed nec mille milia nec mille myriades ut semper in eis esset perfectio / hoc enim angelorum et secundum evangelicam vitam conversantium est / angeli enim et ipsi quando perfecerint efficiuntur. Sexagenarius autem et ultra masculus habet xv siclos sive didragmas / femina autem x. Et ipse est hic qui maximam conversationem virginitatis / vel gratia vel non possidendo / virtutibus quam aliis praemittit. Et post haec infirmatus est. Cognovisti autem quia eum qui a viginti annis usque ad sexaginta annorum est, omnibus legislator praeposuit / deinde nunc post cuncta eum qui a sexaginta annis et supra est ait / per hoc quod dixit super animae senectutem et infirmitatem eius qui maximam conversationem praeposuerat / procul dubio designat. Qui ergo virginitatis vel despectu [?] possidendi conversationem praemittit et proponit / deinde infirmatur corpore [?] propositum audit a paulo. Si quis autem turpem se existimat super virginem suam / eo quod fuerit super adulta, ostendit quodammodo infirmatum et ad senectutem deductum propositum / et sic oportet fieri quod vult faciat / non peccat nubat. Et rursus. Si nupseris non peccasti. Et si nupserit virgo / non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc autem dico fratres / tempus breve est. Reliquum est ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint. Et qui lugent / sicut non lugentes / et qui gaudent quasi non gaudentes / et qui emunt / tamquam non possidentes. Et qui utuntur hoc mundo / tamquam non utantur / praeterit enim figura huius mundi / volo autem vos sine sollicitudine esse / propterea et xv sicli didragme erit pretium eius quae sunt dragme triginta. Tres enim metae [?] seu distinctiones [?] de bona terra dominus posuit / per centenarium virginitatis et non possidendi / per sexagenarium continentiae / per tricenarium casti coniugii vitam designans. Si autem infirmior huius est forsitan eius infirmitate hic qui talis est decidit / unde et femina d[ecem]

1. Rom x

Exodi xii

1. Cor vii

Matth xiii

Nec sic respondendum est, si habet quis decem didragmas custodiam cum
mandatorum dei, quia viginti esse dragmas et obulos ducentos
ostendimus offeret deo, et qui in hoc conversacionem habet, custodiam man-
datorum ministratus. Si autem dicas quomodo huius annorum erat triginta
dominus solus esse vere perfectus, cum nos in centenario numero diximus
perfectionem esse, primo ~~hunc autem~~, post hunc autem in sexaginta, tercio autem an-
no in triginta. Disce quia solus quidem fuit vere perfectus, veritatem
stat omnium doctor et primicie masse totius effectus ex omnibus tempe-
ratam conversacionem signavit et proposuit. Hinc cum virginitate velud ipse
ex virgine virgo est, et virginitatem docuit, sine nupcias et nubere
recepit, ut nubentes benediceret, sine abstinentiam, et sic habet doctrina
humilitas et fidei cursus sive perfectorum simplicium est. Quia ergo in
parente differencias invenit et quodammodo vitalem distinguebat hominum,
Et hinc quidem esse dominum quinquaginta didragmas ait, hinc
xxx, hinc xx, hinc x, hinc v, hinc tres, hinc xv. Colli-
guntur autem hec pariter quidem decem centum quinquaginta unum ha-
bencia, hec autem in quinque divisa, faciunt per tricenarium numerum.
Unde quemadmodum nec legislator ignoravit temperamentum, quod
xps Christus in nostra vita et conversacione fecit, nec evangelista numerum
temperamentum habentem ignoravit, propter quod cum non plenorum
triginta annorum venisse ait ad baptismum ait enim: Et ipse Iesus Luce iii
erat incipiens annorum triginta. Et fiunt hoc quia et qui nimis
perfectum et qui mediocriter perfectam et qui minorem vitam student
non perfecte pervenit ad mensuram, agnus enim habet omnimodo per-
ducendus est perfectio. Deinceps tantum in quadratum veniam in hoc
quod dicimus est dat, unde ad centum quinquaginta septem inve-
niuntur fiunt in centum enim quadraginta tres predictus numerus colli-
gitur. Tricenarium autem numerum manifeste venia significatur.
Si autem pauper fuit et estimacionem reddere non valuerit stabit
coram sacerdote et quantum ille estimaverit et viderit eum posse red-
dere tantum dabit. Hic dicit de eo qui multum peccavit, et propter-
ea aquila pro paupere si excessit cedit. Hic ergo si offerri deo
vult coram sacerdote stabit, ut quantum viderit eum posse estimet
eum reddere regulam ei vite imponens que est secundum volun-
tatem mensuram eius proprie, indicans quid eum potuerit ~~esse~~ pos-
se portare. Verbi gracia si locuples est ut distribuat pecunias, si sa-
nus est ut ieiuniis et oracionibus, aliisque laboribus bonis va-
cet. Si autem et locuples est et sanus, utraque dimittere et servus
ei suggerimus agere iubetur. Si autem neutrum, in oratione flere
ut breviter dicamus, quodcumque eum viderit per corpus
aut substanciam aut per aliam valitudinem aut facultatem posse
portare. Animal autem quod immolari potest domino, si quis voverit
sanctum erit et mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec pe-
ius bono, quod si mutaverit, et ipsum quod mutatum est, et illud quod

Pro quo mutatum est consecratum erit domino / quia species que
a nobis metipsis offeruntur oblationis / quosdam habere gradus
et differentias legislator exposuit. Certe enim ceteris illorum qui
quolibet modo sic nobis subiciuntur / ut ceteris pecora nostra nominentur
propter hoc quod nobis subiecti sunt / aut quia non eis ad nostrum
ministerium quemadmodum pecoribus utimur. Unde sancta sit oblatio
per hec que dicta sunt exposuit / precepit autem ut non nos peniteat de hiis
que offerimus deo. Ergo sequitur de hiis oblationibus pecoribus
que nobis est deo offerri / quod autem est ut ea immaculata et munda
offerantur nimirum nostrum illico sanctificatur et iam non est probabile ut
nos de eo peniteat / veluti si filium vel discipulum / vel servum aut
alium qui sub manu nostra est deo obtulerimus / neque mutare ma
lum ad melius / aut bonum ad malum / Malum autem hic dicit
non pravum. Hic enim pravum est modis omnibus et immundum est.
Si autem immundum est non est de illis que mos est offerri deo
Esse autem de hiis que immolari possunt domino / hanc oblationem le
gislator dixit. Et malum hic dicit / quod est deterius. Hic enim
manifeste et Symmachus tradidit / non reddet melius pro deteriori /
aut deterius pro meliori / ut non hunc filium aut servum offerentes
domino servicio et ministerio recipere eum in nostrum ministerium / et
utilitatem velimus / permittere offerre meliorem forsitan vel deteriorem
pro eo cum liceat. Propter quod et Anna de Samuele dicebat. Si respi i. Regum i.
ciens respexeris ad humilitatem ancille tue et memineris mei
et dederis ancille tue semen virile et dabo eum in conspectu
tuo / datum usque ad diem mortis eius. Quod si mutaverit et
ipsum quod mutatum est / et illum pro quo mutatum est consecra
tum erit domino / ut et hunc quem antea obtulimus / et eum quem
postea cum prima oblatione sanctificemus / et utrosque deo conse
cremus / hoc enim non nos permittit in hiis que offerimus peniten
ciam agere. Et precedit ministerium qui nobis penitere suggessit
dum videt duplicatam nostram oblationem quam ille pro penitencia
intercipere voluit / Animal immundum quod immolari domino non potest
si quis voverit adducetur ante sacerdotem qui diiudicans utrum
bonum an malum sit statuet precium / quod si dare voluerit is qui
offert / addet supra estimacionem quintam partem / Inquirendum est unde
nobis quomodo hoc mandatum stare iuxta legem potest. Si enim offerri
non licet nec donum erit acceptabile / quomodo utrumque legislator tan
quam sibi repugnans atque resistens scripsit / Et aequum evangelice domini
largitati modis omnibus innuit et condescensioni quam gratia non imp
Si ergo ea que dicta sunt intelligamus / non licebat deo offerri de
pecoribus que non simul et ungulam findebant et ruminabant.
Hec enim lex habebat immunda / una autem erat ungula / vel ungula

hon sudare / non distinguere legislatorem / et spiritu sancto / non autem rumi-
nare / eius qui non continue meditationis legis / habebat studium / Et
qui lingua solum non etiam corde eam ad meditationem revocat. Si ergo
aliquis filium talem vel servum vel discipulum deo offerat, Qui autem ad
meditandas sacras scripturas aut ad divisionem contemplationis vel ex
malitia sed ex insensibilitate minor sit, nec dum est quide(m) iniq(uus) sed regis(?)
eum quasi oblatus sit / eius legislator memoriam facit / adducit autem
eum ante sacerdotem / et statuet precium eius sacerdos / demetiens utrum
bonum an malum sit / ut imperfecto eum condescendens moderatum ei iugum
imponit / Ideo eam que est mediam inter bonum malum quod consuetudinem est
aut a malo declinatio / et protectus ad meliora / hoc enim forsitan posset
dicimus esse inter deterius et melius quod pro eo quod dictum est / utrum
bonum an malum edidit simmachus / Statuit precium sacerdos / si quibus
sufficiens donum esse eorum que deo offeruntur possit. Quod si dare-
voluerit is qui offert / addet supra estimationem quintam partem / Et quid tam
hoc est quod numero senarius sunt / horum nobis quinta pars mens
est ad ipsa enim gubernatur / sine enim hac non valde habentes seminant(?)
horum ergo quinque virgines que ad nuptias non suscepte sunt. signatam
gerunt Quintam enim non habuerunt sapientiam / unde absolute et Mt xxv
fatue nominate sunt Ergo si quis velit redimere eum qui propter fol-
tiat(?) causas mundis comparatur peccoribus ac vere hoc opus ha-
bet et facere intelligentem / Si enim semetipsum gubernare et non necesse
habere alium pedagogum poterit / Homo si voverit domum suam et
sanctificaverit domino / considerabit eam sacerdos utrum bona an ma-
la sit iuxta precium quod ab eo fuerit constitutum venundetur / Si autem
ille qui voverat voluerit redimere eam dabit quintam partem estima-
cionis supra et habebit domum / Quod si agrum possessionis sue
voverit et consecraverit domino iuxta mensuram sementis estimabitur
precium / Si xxx modiis hordei seritur terra, l siclis venundetur argenti venundet[2]
Si statim ab anno incipientis iubilei voverit agrum / quanto valere
potest tanto estimabitur Sin autem post aliquantum temporis supputabit
sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt numerum usque ad
iubileum et detrahetur ex precio Quod si voluerit redimere agrum
ille qui voverat / addet quintam partem estimate pecunie / et possidebit
eum / Non qualiscumque hic patitur questio / paulo post enim ad finem
libri legislator sic dicens exponit Omne quod domino consecratur sive
homo erit sive anima sive ager non veniet nec redimi poterit
Quo ergo lex quidem redimi oblata prohibuit / hic autem domum
et agrum postquam sanctificata sunt precepit redimi / aut forsitan eun-
dem aliam hic intentionem / aliam illic offerentis novit / Hic quid-
em ut nequaquam ultra aspiceret quod obtulit / sed ut penitus illud
consecrare deo / propter quod non erit quemadmodum hic / Si consecraverit
domum suam aut agrum possessionis sue / sed omne quod domino consecra-
tur coram eius que offerebantur. Sed nichil licebat in usum commu-
nem ultra venire / Sed nec sacerdos illis uti poterat / demonstrat

Ait consuetudo(?) inter b(onum) / et malum media

Aut hoc ea que est amalechitarum historia / Preceptum est enim
Saul ut anathema essent omnia amalech spolia. Et quia concessit 1 Reg. xv
populo quedam de gregibus et armentis accipere maledictum gra
de cum quod suscepimus et mulctaremus eis ad satisfactionem suffecit cum
vastaretur Samuel et inquireret que est vox gregis huius boum quam boum
ego audio / ipsi responderet alia ad offerendum domino / Ea que erant
de amalech adduxi / ea que acquisivit populus meliora gregis
et boum / ut immolentur domino deo tuo / reliqua autem delevimus. Er
go aliud est sanctificare deo / licet enim et qui sanctificavit hoc us
usque quod nobis legislator ostendit. Aliud est anathema
quod facere / huius enim usus prohibitus est. Similis autem huic
et intellectus suscipi debeat contemplatoribus. Sed de anathemate
quod diximus quando ad illam partem sanctionis venerimus. Nunc
autem quid sit domino sanctificare quod agimus videamus / intus sug
gerente deo / hoc primo loco dicentes quia aliud est sanctificari et
aliud sanctum esse / aliud offerri et aliquid / aliud non opus ha
bere oblatione sed esse dei et offerri non egere. Quod enim sanctifi
catur et offertur / ex quo offertur sanctificari incipit. Ergo prius
non erat sanctum. Quod autem incipit sanctificari / hoc opus ha
bet et quinctum et per partes augmentatum. Quod autem olim
sanctum est et olim est dei / hoc nichil minus habet sed est per 1 Thi. iij
fectum nec ullo additamento egens. Porro bonum quod est et
docibus aliorum ad sanctificationem ut / melius tamen intelli
ficare ut quis et semetipsum / et eos qui eius sunt ad sanctifica
tionem perducat / Aliud non omnis virum est / sed solius sensati. Et
hec sunt que in hoc loco significare legislator intentionem
habet / Sanctificat ergo animam deo / qui familiam suam et
cognationem et intelligibilem domum in sanctimonia gubernat ut
ut ecclesia sit et appelletur quemadmodum multi secularium domos suas
propter sanctificationem ecclesias habebant / Sicut paulo scribente
ultimo c.
ad Romanos audivimus. Salutate priscam et aquilam adiu Ro. xvi
tores meos in christo ihesu qui pro mea anima cervices suas
posuerunt quibus non ego solus gratias ago sed et omnes ecclesie gen
cium et domesticam eorum ecclesiam. Quamquam ergo hanc 1 Cor. iij
intentionem habet / Iste autem per se non est idoneus ad opus perdu
cere ea que intendit / huius domum sacerdos virum bona an
mala sit considerabit / et sicut estimaverit sic erit / Quare vir
bona sive mala / utique domus ex diversis personis et affectibus
constat / in quibus multe condescensionis egent / non valentes
agere aut sapere que perfecta sunt / nil eis iniungat grave sed Mth. xxiij

unius cuiusque pensans virtutem, a malo eos declinare, et ad virtutes eos
excitare iubeat. Sin autem ille qui voverat voluerit redimere eam, da-
bit quintam partem estimationis super, et habebit domum. Ille scilicet domi-
nus qui eam sanctificatam vult cum non fuisset sancta prius, ut
potuisset ecclesia appellari, iam et sanctificata utique esset, quod uti-
que ita non habet, sed exordium capit sanctificationis. Si ergo hic
redimit domum suam illud absolute immundus eius quod eam san-
ctificationis egere sacerdotis exhortationum necessariam habere faciebat. Re-
dimit autem eam per doctrinam bonam et vite formulam liberans
eos et diluens quicquid eis obviabat ad sanctimoniam quod fa-
ciet. Dabit sive secundum hoc adiciet quintam partem estimationis
supra. Sacerdos cum doctrine eius domum ab initio suam obtu-
lit eam estimaret velle estimatione imponere ad quam debeat stare
sine comparari ipse adiciet hoc quod est intellectus, hoc enim est quin-
ta ille ut que dicuntur suscipiat et super edificet sacerdotis fundamen-
ta frequentiorem commemorationem cum sensatos et intelligentes homines fe-
cit et sic habebit domum non perdens sanctificationem, sed iam in dam-
no ei convertitur, sed habebit eam quia ei sanctificatio ipse domini
adscribitur non solum ut offerenti sed et ut docenti. Hic quoque sive domum
bene possidens et temperans eam sicut sacerdos quosdam invenimus.
1 Thi iii° Quia Paulus eum qui scit preesse sive domui ad episcopatus ele-
ctionem atque dignitatem sublimavit. Iuxta quod Aquila pro eo quod di-
ctum est qui eam sanctificabit redimit, si sanctificatus redimere vo-
luerit edidit. Quid autem ex hoc discimus, quia si domum sub
participatum et gubernationem qui sanctificavit invenerat et hanc
ipse acquirere vult, adsinc autem facere secundum legem est, aliis
sicut cognatum proximi, licet frangat que in presenti legislator in-
sit. His autem ita se habentibus quod ipse argentum divi-
num eloquiorum doctoralis exhortatio sit, audi David di-
centem: Eloquia domini eloquia casta argentum igne examina-
Ier vi tum terre purgatum. Et Jeremiam: Frustra conflavit con-
flator, scoria eius non est consumpta. Iudicis dicit quia
nichil eis verba exhortationum profecerant, sed et Paulum audi
1 Cor iii dicentem: Si quis superedificat super fundamentum hoc aurum
argentum lapides preciosos. Quod si agrum possessionis sue
voverit et consecraverit domino, iuxta mensuram sementis esti-
mabitur pretium; agrum possessionis esse divinam nemo dubi-
tabit, cuius vitis ipse deus est et agricola pater est, in quo Joh xv
absconditus thezaurus ille salutaris predicationis, quem qui inve-
nerit operator agri, vendet omnia que habet, quemadmodum dominus
Mth xiii in evangeliis ait, ut emat agrum illum. In hoc agro divisa

Est unicuique possessio / iuxta modum quem sibi gratia ad sapiendum
obtinere potuerit. Si ergo consecrauerit quis domum suam cum non per
eos sancta fuerit / sed nunc incipiat consecrari gubernatorem conuersationis
sue / cum ipse non sit idoneus semetipsum gubernare / sacerdotem eligat
Consecrari enim dicit ea que deputata sunt sacerdoti / legislator
appellauit. Iuxta mensuram sementis estimabitur pretium ut quantum
seminatus est / intelligatur [illegible] / doctrine enim uerbum in semine ac-
cipere / scriptura diuina solet / tantum ei sacerdos indicat sed quan-
tum ei fuerit eruditus de doctrina tam legittima et spiri-
tali / et ~~[illegible]~~ hominibus seductores pagani / ubi gratia, uel iudei si
non quam ne gratia docent / propter quod perquam dixit iuxta mensuram
sementis addidit. Si xxx modiis hordei seritur terra quin-
quaginta siclis uenierit argenti / siue ut lxx quinquagin-
ta didragmis argenti / In quibus uetus et nouum testamentum
intellige / Et per modium siue chorum hordei / uetus testamen-
tum ~~intellige~~ ostendit Anima enim seminantis pinguior
cibus est / per quinquaginta autem didragmas tamquam quod spiri-
tale est quam perfectum simul innuit / perfecta enim doctrina que
spiritalis est / sed quibus hec regula siue decimacio integre sit
uindicanda / quibus minuenda sit pro condescensione presignata
[illegible] / Si autem statim ab anno incipientis iubelei uouerit
agrum quanto ualere poterit / tanto estimabitur. Si autem
post aliquantum temporis supputabit sacerdos pecuniam iuxta an-
norum qui reliqui sunt numerum / usque ad iubileum et detra-
hetur ex precio. Duo dicit annorum remissionis / siue iubelei
memoriam facit / baptisma apte insinuans et penitenciam
Utraque enim annum remissionis est / quia peccatorum remissionem
unicuique per donum gratie / altera propter eos qui uacant uo-
cati in oratione et ieiuniis / aliis quoque operibus que perficiunt
in penitenciam possidet. Si ergo simul quis gratie uocatum quam
elegit gubernari per sacerdotem et prouidi uult / hoc est sacerdos
exigat / quod cum doceretur perfecta et spiritali doctrina per-
cepit / nullo modo ei condescendens / neque enim necesse habet
utpote qui per donum renouatus est / sed in doctrina quam accepit
plene eum permanere facit. Si autem deest illi de dono quod
percepit / decidit quoque ab eo in conuersacione / hoc est enim aliquantum
temporis iubelei siue remissionis consecrare agrum / recte
ei reputabit sacerdos argentum in annos reliquos usque ad
annum remissionis siue iubelei ut reliquum ei tempus

Desinat ad penitentiam, et detrahetur ex precio Quod enim minus
fecit et detrimentum pertulit et deterius conversatus est, hoc ab
eo minuunt, et infirmior effectus est Et propterea abiectior et non
iam talis est qualis cum aspiceret domum fuit, vendentem et hic
volens redimere agrum suum poterit vel seniorum gubernacula et
doctrine adiciens quintam argenti ad precium suum, addens doctrine sa
cerdotis proprium intellectum, ut intelligens erudiatur et sui guberna
tor doctor que efficiatur Hec enim intelligibiliter agit qui consecrat
offerens sacerdoti ab eo possidebitur et non ab alio, conversacio et
mentis quam subdet sive ex toto sive ex parte. Sed ipsi qui agit re
putabitur, divisionem enim legislatoris intende, quemadmodum sanctifi
care sive consecrare domum vel agrum, volentem consecracionem
prius facere vult, sic qui eam cepit redimere, que sanctificata fuit
Et tunc ingenti possidebit eam, hoc procul dubio mandatus Omnia
oportet quidem nos presbiterum doctrinam et regulam et legem
nostram conversacionem et gubernare, quod tamen prius sanctificamus
Sed oportet et prestare et illorum doctrine, nostrum adicere intellectum
propterea Paulus ad Thimotheum [Thi ii] scribebat intellige que dico. da
bit enim tibi dominus intellectum Et hinc possidebimus ipse, que ege
rimus sanctificacionem proxima Si autem hanc divisionem non fieri
mus, ultimi vide quid pariemur Quod autem noluerit redimere
~~non poterit~~ Sed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum qui
vovebat redimere non poterit, quia cum iubeleus venerit domino
sanctificatus erit deo, et possessio consecrata, ad ius pertinet
sacerdotum Terre domum eius, qui semper ab alio opus habet
gubernari et non prestat, nec minatur ex aliorum doctrina, sed fu
it semper ipse sub est ad agenda utilia, per presenciam, apte
legislator ostendit Qui enim consecravit agrum, et postea
redimit ille est qui suam conversacionem alio gubernare permi
sit, postea quam innatus est, et conquisivit intellectum ut iam
lex sicut ait propheta, dicibilis sit et disponere apud semetip
sum posset in futuro que expediunt, Hic agrum suum sibi recupe
rans conquisivit Qui autem nihil prestat ex alterius gubernacione
nec acquisivit intellectum, sed semper opus habens ab alio
doceri, et talis existere, qualis fuerunt quidam iudeorum
quos deus per prophetam vocem exprobrans, talia dicebat
Osee v et vi Qui electi sunt ex utero, edocti ab infantia, usque ad senectu
tem Et rursus Effraim sicut columba insensata non ha
bens cor Et rursus Effraim in populis suis commiscebatur
Effraim factus est in occulto non conversus et ceci effloruerunt ei
cani

Ipse aut nō cognouit. Quia si malos doctores inuenerit, mala
modis omnibus operatur, ut qui nō habet destructionē querere, n̄
petet mercedem laboris quā egerit, et propterea proximum agrū
bitum nō redimere, s; ueniente iubeleo, uel tempore remissionis
sustinute, in quo remissio locum habet. Est aut presens uita
vide quale quantumcumque sit quod patietur, possessio sanctifica
ta erit dño. Commissio enī quā semel consecutus est, eciā
si alter erat qui gubnabat sancta erit dño, s; quicadmo et
possessio consecrata ad ius ptinet sacerdotum, possessio eni eius
et lucrum ei qui continue gubnauit imputabitur, quia si
paruum neglexisset vertetat siue mutauerat se ad malum
les qui ab eo gubnabatur, ut pote qui nichil habebat boni stu
dij et intellectu proprio qui gubernabat, ergo enim sicut ipsa
commissionē sic ipsi illius glabitur, et propterea aut possessio con
secrata ad ius ptinet sacerdotum, et nichil nocet sacerdoti, alio
agrum vendi. Quia eni sine doctrine et exhortationis que
oportuit exhibens ei que gubnabant, inuenit illum nō pos
se propria redimere. uel semetipsum regere et gubernare. Tunc agrū
vendidit, alius proponens ei qui obtulit qui exhortatus debaet
s; mercedes et lucrum eius factum est, qui proposuit. nisi forte ut pe
tro ut paulo ut apostolis dicamus imputari eos quos pro se
discipulos adiutam gubnauerunt. Si ager emptus et nō de
possessionē maiorum sanctificatus fuerit dño, supputabit sac
dos iuxta annorum numerum usque ad iubeleum precium et
dabit ille qui vouerat dño. In iubeleo aut reuertetur ad priorē
dominū qui vendiderat eum, et habuerat in sortē possessionis
sue. Omnis estimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus xx
obulos habet. Primogenita que ad dominum ptinent nemo sancti
ficare poterit et eū vouere, siue bos siue ouis fuerit dñi
sunt. Iuxta primā instituū legis litteram et spūs ostendit. lit
tera siquidē agrum possidentes alienū ut sanctificent dño
et offerant sacerdotibus ut eorum sit redditus agri. nō tenetur
quia nō specialiter suum obtulit. Erat enī emptus eius, nec
erat. Erat aut qui de venditus fuerat possessione tante alie
nus est. precepit ergo computari sacerdotē agri precium usque
ad iubeleum, et sic pro eo dare precium. In iubeleo aut red
dit ac reddi priori dño, uel ei qui propter paupertatē rem propriā
vendidit, et ad certum tempus alienauit. Ab hoc ergo
et ad spiritalem intelligentiam transit. Si ager emptus et
nō de possessionē maiorum sanctificatus fuerit dño, supputabit

Sacerdos iuxta annorum numerum usque ad iubileum / agrum
quis possidet / quem emit et non est sine possessionibus. his qui intel
ligibilem paupertatem patienter exhortare valet, acquirere quam enim
atque monere ad penitentiam intelligibilem eum terram quam ille
possidebat / de qua David psallebat. Spiritus tuus sanctus deduc
cet me in terram rectam / ipse possidet non permittens eam opere
eo corrumpi / sed lucrandus fructus virtutis vel vitam de qua ille
per negligentiam cecidit. Si igitur eam sanctificaverit domino, ubi
obviavit sacerdoti; audisti enim quia in superiore sanctificatione dedu
xerit ea que sacerdotibus sorte obvenerint / offerri; aut quomodo
ubi oportet eum qui culpavit emendari, et similitudinem eius efficere
conversationis. Supputabit sacerdos iuxta numerum annorum usque
ad iubileum pretium / et dabit ille qui votum voverat domino / hic
etiam sacerdos simul cum eo qui monuit scilicet ad penitentiam, quia
ille quidem respiciente eius actiones et conversationis, ut pote qui ipse
eum correxit / hec autem ut sacerdos novit peccatum atque peccatorum
redemptionem / supputant sive probant qualem eum oporteat peni
tentiam inducere. Supputant autem usque ad iubileum pretium. unde
per his que de penitentia in divina dicta sunt scriptura, ipsa
enim estimatio est anni iubilei sive remissionis, tamen quia ipsa
estimavit sive supputabit penitentiam, quam quia estimat quan
ta eius sit dignitas / hoc enim divinum esse estimationis, quia sic
penitentia desumpta / destinatio eius sancta est domino / propter quod et ad
didit. Et dabit ille qui votum voverat domino / sive secundum legem
et reddet pretium in die illa sanctum domino / in tempore enim in quo secundum
hanc rationem ea que sunt de penitentia destinantur / sive indu
cere ei cui necessaria est / destinatio eius sancta domino invenitur / bene
autem dixit dabit vel secundum legem reddet, non reddent / non est eo
rum consilio sacerdotis / et eius qui monuit peccatorem ad penitentiam
de ea destinatio constituitur que estimatur / veritatem ille eum of
ferret / qui scilicet culpaliter compungi fecit, hunc enim et obediret, sed
et ipse obligatur in emendatione eius / hunc penitentiam agit / ut pote
qui semel eius correctionis fecit exordium. Cum autem non illico
cum destinatur penitentia penitens mundatur / sed quando eam perfe
cte egerit / propterea ait / in iubileo autem revertetur ad priorem dominum
qui vendiderat eum. Ergo destinatio quidem penitentie in illa die
sancta mox fiet, in qua a sacerdote et exhortatore eius qui peni
tentiam acturus erat per divinam scripturam quomodo eam debeat
agere estimatur. Tunc autem penitens possessionem agri quam et gustatam

Recipiet quidquid ad annum pervenerit iubelei, sive remissionis sive in
dimidium et plene agens ea que ad penitentiam pertinent. Verum
in totum reddens sacerdoti et omni homini qui exhortatur semet
ipsum aut proximum aut dominum suum vult, et exegit sibi sanctifi
cationem conquirere coronam militantem verbo et mansuetudine admi
rabilem conquisivit. Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur.
Siclus sive didragma viginti obulos habet, ut omnis estima
cio sive diffinitio sanctis fiat ponderibus. Vide ergo que sunt
de sancta scriptura, corpora enim pondera, velut philosophorum
in quibus ceteris ipsi veritas convenientibus pensant, non sunt sancta
quia scientiam imperfectam possident, sed nec haereticorum ponde
ra salicta sunt cauteriata est enim eorum conscientia, sed sancta
sunt ea que sunt in divina scriptura in quibus XX oboli
sunt siclum sive didragma, vel X mandata secundum
litteram et secundum spiritum intellecta, sicut evangelista gratia ins
tinat et qui in eo dicit: non arbitremini, quia solvere legem Veni Math v
aut prophetas, non veni solvere, sed implere. Ergo quicumque aut le
gem irritam facit, aut Evangelium contempnit, hic non habet drag
mam nec siclum doctrinam ut sanctificationem recipiat. Here
ticos autem et iudeos quorum alii quidem gratiam, alii legem ne
gant, equalitas suscipiamus. Primogenita que ad Deum perti
nent nemo sanctificare potest, et vovere, sive bos sive ovis
fuerit Domini sunt. Pectora eos qui nobis obedientes sunt fili
os et servos et discipulos in precedentibus diximus. Primogenitum
inmogenitum, vel qui nobis sic parens et obediens fuerit ut
et aliis obediencie et parentis documentum praebeat et propterea hic
quidem primogenitum dicit, alibi autem de eo legislator dicit: Omne Exod xiii
masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur, qui Num xviii
aperiet enim vulvam generandorum filiorum qui obedire secundum Deutero xviii
Dominum et cum pia subiectione incipit. Qualis utique erat Pau
lo Thimotheus, et propterea de eo ad Corinthios scripsit. Qui
est filius meus dilectus in Domino, ipse vos commonefaciet vias
meas que sunt in Christo Ihesu. Nunc qui talis est, nemo sanctifi
cet, non quia indignus est sanctificationi, sed ut qui non egeat sanctifi
cari, est enim olim sanctus. Didicisti enim quid et superius dice
bamus, quia aliud est sanctum esse aliquid, aliud autem
sanctificationis similare. Illud enim melius ac superius est
... quippe quod olim perfectum est et melioratione non eget. Quia
igitur filius quicumque honorat patrem et matrem, ut aliis fiat
talis honoris exemplum, honorans autem propter pietatem
vel propter obedientiam legis, et sciens quod Deo hic offert honorem

Qui honorat patrem peperit / primum mandatum quod est in promis-
sione / secundum quod paulus dixit implevit / Servus autem qui Ephes vi
dno pre subditur / propter mandatum quod dixit Servi obedite dominis
carnalibus cum timore et tremore et in simplicitate cordis sicut dno
non ad oculum servientes sicut hominibus placentes / sed sicut servi xpi
obedientiam deo ostendunt / hoc autem ut et discipulus sibi magistro
ad honorem dei qui per paulum sancivit obedite prepositis vestris et
subiacete eis / ipsi enim pervigilant pro animabus vestris / obedite et sub
iecti estote / ad dum reddere ea que sunt legis obedientie et sub
iectionis evidentia universisque honorem datur / et sine per bonam
simplicitatem placitus est deo / sive per studiosam mandatorum operationem
ut qui debeat bos propter hoc autem omnis nominari dum utrique est
audisti enim quemadmodum ad dum pertinet unicuique obedientia et sub
iectio / quando subiecti patribus vel dominis vel magistris cum conver
satione habent bonam que eos nunc munda animalia facit esse
et non immunda de quibus subdidit sequentia Quod si im
mundum est animal redimet qui obtulerit iuxta estimationem
tuam / et addet quintam partem precii Si redimere noluerit vendetur
alteri Anima immunda huius peccatoris est manifestum est In mundo
enim est inquit Salomon ante conspectum domini omnis iniquus / sive
quibus autem est quintam meditari legem distantem legem cum ru
minat et vigilanter studet legislator iussit / quamquam unum ex
his minus habet Unusquisque ergo obediens quilibet est et vehe
menter subditus patri aut dno aut magistro / non tali legem sic
oportet meditari aut distinguere novit / Primogenitus quilibet
in pecoribus est / sicut obedientie dux immundus autem est quia
non habet hoc quod habet mundum legislator iussit Si ergo
eum pater aut dns aut magister vult redimere secundum estima
tionem eius redimetur Et addet quintam partem precii / addet quinta
cum intellectu et doctrinam offerens in sapientia cum quibus
et non insipiens gerens sensum enim patris et dni et magistri
est eam obedientiam que ad se pertinet docere / filium vel discipu
lum vel servum / et non deponere demus vitam ut secundum legis
scientiam operetur / permitta eum indoctum esse in legem et
imperitum / addat igitur subiectioni et doctrine intellectum
ipse enim plus / in presenti minus est propter quod dixit / addet quin
tam partem precii Anima servi habet obedientiam unde non est
estimabit eum sacerdos sicut supra dixit Et sicut olim servum
habentem et quem desinentem secutus est docile subiectione ins
sit superemam addi quintam partem / ut quia obedientia qua
valde lex peperit possidet secundum legem / Filius sapiens subdi
tus est patri / quintalem addidit et quemadmodum dixi obedien
tie addet sensum quo obeditur est et recte redemptor
invenietur immundus / hoc in mundo factus Tunc secundum legem erit

Si qui possidet servum aut filium aut discipulum, habebit enim
in eo gloriam sicut paulus dicit Quia gloria nostra vos estis in
christo ihesu, et rursus gaudeo inquit in vobis, et rursus Nunc enim
vivimus, si vos statis in domino. Si autem non redimeret qui filium aut
servum aut discipulum possidet, nihil eum ei redimere est, et pru-
dentem, amonitum, sensatum efficere secundum modum quo dictus ipse
alienatur ab huius possessione, venditur enim aut alteri vel sicut dictum
si non liberaverit, venit secundum precium eius ita ut illius quidem fiat
precium apud deum obedire domino et patri et magistro. Qui autem eum
cum erudiret et potuisset exhortari, non est exhortatus damnum
patitur eius possessionis, et non potest dicere: Ecce ego et pueri quos Is viij
michi dedit dominus. Omne quod domino consecratur sive homo sit
sive animal, sive ager non venietur, redimi poterit, quicquid
semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit domino. Et omnis
consecratio que offertur ab homine non redimetur, sed morte mo-
rietur. Que differentia est anathematizare et sanctificare
secundum literam, per ea que superius discussa sunt ostendimus
ubi hoc quod anathematizatum est, nullo modo in usum hu-
mani nullius neque sacerdotis fas esse venire docuimus, secun-
dum amalechitarum historiam quam in testimonium rei pro-
tulimus, putantium enim non licebat tangere quod anathematiza-
batur ut quod hiericho anathematizaverunt, quia quidam
de populo ut achar filius charmi de anathemate furatus est, Josue vij et xv [illegible]
multi deciderunt in bello ceciderunt iratus est deus hec ad ihesum de-
precantem dixerit, non ero ultra vobiscum donec consecretis eum
qui huius sceleris reus est. Ex utraque ergo historia quomodo
omnis usus et possessio prohibetur anathematis demonstratum est
non solum autem hoc sed quia quecumque in re belli [illegible] inimicis
cum quibus non oportebat amiciciam inire, spolia sumebant per
victoriam et depredationem hec faciebant anathema et non ad usum
ipsius sed deo precipiente. Quecumque enim prophete precipiunt manifestum
est quia dei precepta sunt. Ergo et nos quodlibet intelligibilibus ini-
micis vel demonibus pugnantes cum quibus nobis non licet ami-
cicias inire contra quos perpetuas inimicitias et incommutabiles ha-
bemus propter quod dominus dicebat Non veni mittere pacem in terram i math x
sed gladium, propter quod dividit hominem adversus patrem et filium
adversus matrem, et scindit compassionis generalis ut seorsum re-
linquentes carnis compassionem salubris [illegible] permaneamus
inimicos sive hominem sive pecus, sive agrum ex spolio de bello
quod contra eos habemus ac victoriam conquisierimus, eo
secrare quidem deo hec debemus. Hec autem consecrare ut nihil
in eis habeamus nostre voluntatis sed sine sue potestatis quispiam
est. hoc enim est vere homo, dominum autem cum qui nullatenus
nobis subiectus est secundum conversationem, sive cum qui nobis subiectus

Est / quod equalis et perfecta pecus nominatur / intelligibiles hostes vin-
centes acquisierimus / sive de agro possessionis / hoc est ex quo perfecti
simus conversationis nostre spoliis et tropheis sumpserimus contra inimicos
intelligibiles pugnantes / nec vendicare licet possumus nec redime-
re opus habemus. Omnia omne consecratum sanctum sanctorum
est domino. Quomodo autem audi non potest aliquis despoliare inimicum ante
quam eum perfecte subiciat / sicut dominus iudeis dixit. Quomodo potest math xii
aliquis ingredi in domum fortis et vasa eius diripere, si non prius
alligaverit fortem / et tunc vasa eius diripiantur. Tunc autem ple-
ne intelligibilem hostem subdimus / hoc est diabolum / ligareque eum
et despoliare / et consecrare deo spolia eius possumus / quando eius omnes
vicerimus materias / omne contriverimus caput omnemque speciem
peccati declinaverimus cunctamundi despectia vicerimus cun-
ctasque virtutes assecuti fuerimus. Tunc enim eum et ligatum ha-
bemus et spoliari possumus. Hec autem diripiens, et cum perfecta victoria
devincentes / quecumque diripuerimus, deo recte offerimus. Sanctum
autem sanctorum perfectum consummatumque habemus nec ulla exhor-
tatione / nec aliorum egens / quod nec additamentum aliquod nec provectum
opus habet. Quomodo enim quod omne peccatum evasit / omnemque autem vir-
tutem operatum est et alienatum est mundo quam carnaliorum. Huic con-
sequentia addidit. Et omnis consecratio que offertur ab homine
non redimetur, sed morte morietur. Qua morte? / qua paulus dicebat
Galat ii — Vivo autem iam non ego / vivit autem in me christus et rursus. Sic et vos
Rom vi — existimate vos mortuos esse quidem peccato, viventes autem deo in
christo ihesu. Talis ergo fuit qui usque ad culmen virtutis perfecit / et
mensuras contingit perfectionis / mortuus enim seculo est / et a presen-
tibus alienus et olim a mundo migravit sapientia. Recte sanctum
sanctorum domino est quia sanctum sanctorum virtutem secundum possibi-
litatem suam. Omnis decime terre sive de frugibus / sive de pomis de decimis omnibus
arborum domini sunt / et illi sanctificantur. Si quis autem voluerit
redimere decimas suas / addet quintam partem earum. Omnium decima-
rum / boum et ovium / capre / que sub pastoris virga transeunt quic-
quid decimum venerit / sanctificabitur domino / non eligetur nec bonum
nec malum nec altero commutabitur. Si quis mutaverit / et quod
mutatum est et pro quo mutatum est / sanctificabitur domino / et non
redimetur. Queris forsitan cum integra sententia quidne de redimi
decimam precipit / bonum autem et omne non precipit / quod iudeus dicere
non potest quia soli servit littere / in qua maxime multa que
spiritualiter recipienda legislator imposuit / ut angustati ad spiritum
currant / et sciant quia lex tunc est bona / quando illa usi
fuerint / veluti instrumento et ministro spiritus / Suffecerant ergo de
scrupulorum legis hic exposuit / et quecumque in primogenitis iuda-
ici / minimis. Dividamus ad obedientiam et bonam legis meditationem

Et scienciam conquisiuerunt Quidam autem sunt qui solam obe
dienciam habent sic et hic quidam operantes mandata sapien
ciam diuinam habent Et idcirco redempcione necessario egent
quidam nec redimi opus habent sed nec mutari debent sicut per
fecti semper et consummati Fruges ergo in presenti lex nescione que
est de semine dicit Similiter et poma arborum fructus primi
sunt Horum autem germinis decima pars de fructibus legem de
betur Utrumque autem hoc ad legis sanctificacionem accipi oportet Qui
dem dominus bonam terram fructum afferentem xxx et lx et c [illegible] et lx et
sapiunt dominum et fecit eum in parabola seminum euangelistorum Matth xiij
proponens dixit David autem nunc clamabat Iustus ut palma
florebit et rursus Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini
Hinc autem beatus describens iustum Et erit ait sicut lignum quod
plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum da
bit in tempore suo Huius ergo omnis doctrina sancta est sancta
enim horum actio et studium est quia qui legis mandata ope
rans spem in presente retribucionem ponit terrena sapit Quales erat
quidam iudeorum ad quos utpote terre inherentibus dominus dicebat vos Ioh
deorsum estis ego desursum sum Et et paulus de eis dixit Philip iij
qui terrena sapiunt nostra autem conuersacio in celis est hoc autem innuit
uterque cum simpliciter dixit omnis decime terre Et omnis decime terre pre
dixit et tunc subdidit Siue de frugibus ut peritaret apte eam
qui intencione et expectacione terrenorum bonorum legis mandata
operatur Et si sancta eius decima vel mandati operacio est veru
tamen non gratiale immanem eorum est quia pro tali operacione terrena ret
ribucionem quam non oportet a deo expectari ab eis qui terrenis inhiant
Unde si velit quis sibimetipsi decimam sanctam acquirere addat
quietem vel intelligenciam ut que sursum sunt sapiat ad ea Colossen iij
que sursum sunt intendat quemadmodum paulus scribebat Qui
cum sic legis mandata operatur non perdit mercedem eius quia
decima eius efficitur Ergo eius qui terrena sapit decima
sancta quidem est sed non ei quia non intelligibiliter mandatum
operatur nescit quod mercedem in ea expectet aut quam retribu
cionem in ea speret Boues autem et oues et quecumque submittuntur
sunt et sub virga transeunt dicit cum eos qui sub virga mi
nistrantur certis quibus ut inuenirentur fideles dei amicicia
donat Quisquis autem fidelis est deo hic eius est et amicus
inuenitur quod demonstrat abraham de quo dictum est
Credidit autem abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam
et amicus dei appellatus est Qui cum amici dei numero di
qui habentur licet sint innumere multitudinis et non solum
si numerum sed etiam si mensuram excesserunt ait dauid

dicentem / Michi autem honorificati sunt amici tui deus nimis confor
tatus est principatus eorum / Dinumerabo eos et super arenam multi
plicabuntur / Hii terrenam non habent sapientiam nec in hiis que agunt
incomprehensibilem retribucionem querunt / Preter quod non speciale quippiam
illorum sed quodcumque egerint mandatum sanctum deo est. Hinc nec
eligere inter bonum et malum / nec inter deterius et melius. Non est enim
eorum similis discrecio / quia et si alterutrum superant, quemadmodum
stella stellam in gloria differentes, sed omnes in celo sunt, ut venera
1. Cor. xv sequentes celestia et a paulo eo qui idoneus est, siderea sanctos
cognoscuntur. Secundum hanc rationem oportet intelligi non eligentem
nec bonum nec malum nec altero commutabitur. Cum enim nullus
de eis sit qui respui possit, quem ergo commutabis aut quid magis eli
gas nec non est dubitatio mentis. Hiis ergo supradictis / adduxit
que sequuntur. Si quis mutaverit et quod mutatum est et pro quo
mutatum est sanctificabitur deo / et non redimetur. Quia cum
omnium cursus divinus et sublimius et superne conversacioni proximum
est / sentencia conaris hunc respuere / aliud autem pro eo introducere
et consecrare deo quasi meliorem, non est tuum enim hoc discer
nere / neque hunc illo nisi sanctos appellare deteriorem / quod etiam ex
historie facto cognosce / Paulus quippe et Barnabas inter semetipsos
Actuum xv contenderunt / Barnabas enim dicebat debere assumi marcum / pau
lus autem dicebat eum qui semel recessit a pamphilia et qui
non convenit eis in opere non debere assumi / facta est autem inter eos
talis contencio ita ut discederent ab invicem / et Barnabas assum
pto marco navigarent ~~Egiptum~~ Ciprum / Paulus autem eligens Silam tra Sileam
ditus est gracie dei / videtur quod mutavit melius / sicut estimavit de
hore / Ipsum autem quod mutatum est / et pro quo mutatum est / fa
ctum est sanctum / Silam enim sicut aptiorem marco administrandum
predicacionis elegit / non tamen repulsus est marcus / Barnabas quippe
pe eum assumens abiit Ciprum et cum eo predicabat Et intan-
tum erat magnus / ut et Evangelista unus de quatuor fieret
Ergo paulus retractans et cognoscens quia nullus sanctorum
respuendus est / nec potest aliquis eorum qui perfecte perficere
hunc dicere deteriorem nec illum meliorem / ipse rursus marcum
assumpsit et ad Thimotheum scribebat / assumens marcum
ii Thi. iiii adduc tecum est enim michi utilis in ministerio Non ergo inte
ndas quis sit hoc bonus aut malus sed nec commutes alterum
et non redimetur Cum enim nichil nimis est qua redemptione
egetur Si autem et affinitatem oportet intelligere redemptionem
quemadmodum aquila edixit / recte affinis non efficietur talis enim

Nemo sibi vindicavit gubernacionem Et ergo altius sensus vel di-
scipulus fuit / tamen ex quo ad hanc pervenerit perfectionem / ipse su-
us erit gubernator / ipse doctor / precepta enim alia que in presen-
ti dicta sunt / ostendere legislator vult / qui hiis que a nobis
docentur quibus sunt perfecti / nichil iam nostri magisterii egent
Et preterea ingrediemini primogenita redimi ait / numerorum
autem nequaquam / sed nec ea que deo consecrata sunt / nec hec
de quibus nunc sermo est / perfecta enim demonstrata sunt / ut pro-
te que intencionem dominicam celestem que gerunt que cum singu-
libri huius precepit esse spiritus / hinc in sequentibus infert
Hec sunt precepta que mandavit dominus moysi ad filios israel
in monte synai Et cum vero gratia non ipsis filiis israel / sed moysi
ad filios israel Cum populus erat infirmior tantam legis
sanctionem capere non valens / in qua sicut in speculis claras
formas futurorum misteriorum deus ostendit Tu ergo si non
vis de vulgo esse / sed qualis moyses fuit / prebe temet ipsum
obedientem immundos que habentem omnes anime sensus et dic
deo Revela oculos meos / et considerabo mirabilia de lege
tua Relinque materiam carnis et spiritus divicias sequere
dic cum david Quam dulcia faucibus meis eloquia tua
super mel et favum ori meo / ut et tibi quemadmodum et moysi man-
det / suam que tibi credat sapienciam / Melior est negociacio p° 4 m
eius auri et argenti primi et purissimi fructus eius precio-
sior est cunctis opibus / et omnia que desiderantur huic non va-
lent comparari / longitudo dierum in dextera eius / in sini-
stra eius divicie et gloria / vie eius vie pulcre / et omnes se-
mite illius pacifice / lignum vite est hiis qui apprehenderint
eam et qui tenuerint eam beatus / fili mi audi doctrinam
patris tui id est dei / et ne dimittas a legem matris tue id est
sapiencie Coronam enim graciarum dabit capiti tuo / id est Cri-
stum et torques aurea erit circa collum tuum id est Spi-
ritumsanctum Cui est gloria in secula seculorum Amen

Auscultatum cum originali per fratrem Andream de Thuniez
monachum indignum, et concordat correcto. f. X. A. X.

Pro Reverendissimo domino Marco tituli sancti marci Cardinali Patriarcha
Aquilegiensi dignissimo, domino suo graciosissimo. Deo gratias. f. a.

